& qui quid erat ex parte. ut faciem ^{ad faciem} cognoscat sicut & cognitus ē. Unā enī
p̄dit ad nō. & hanc requirit. ut habitet in domo dñi p̄ om̄ dies uitae suae.
ad hoc ut contempletur delectationē dñi. nemo itaque gloriatur ex eo
quod uidetur habere. tamquā non acceperit. aut ideo se putet accepi-
se quia littera extrinsecus uelut legeret & apparuit. uelut audiret & ur
insonuit. nā si lege iustitia. ergo xps gratis mortuus ē. porro aut si non
gratis mortuus. ascendit in altum. captiuauit & dedit dona hominibus.
inde habet quicumq; habet. quisquis aut̄ in de se habere negat. aut non
habet. aut id quod habet auferretur ab eo. Unus enī ds qui iustificat cir-
cūcisionē ex fide. & praepitium p̄ fide. quod non ad aliquā differentiam
dictū ē tamquā aliud ex fide. aliud p̄ fidem. sed aduari & ite locationis.
alio quippe loco cum de gentib; diceret hoc ē de preputio prauidens in-
quit scriptura quia ex fide iustificat gentes ds. Item q; cum de circūci-
sione loqueret̄ unde erat ipse. nos inquit natura iudaei. & non ex gentib;
peccatores. scientes quia non iustificat̄ homo ex operib; legis nisi p̄ fide
ihū xpi & nos in xpo ihū credidimus. Ecce & praepitium dixit iustificari
ex fide. & circūcisionē p̄ fidem. Si tam̄ circūcisio iustitiae fidei
teneat. sic enī gentes quae non sectabant̄ iustitiā adprehender̄ iustitiā
iustitiā aut̄ quae ex fide ē imp̄trando eā ex dō non ex se ipsis praesu-
mendo. isrl̄ uero p̄sequens legē iustitiae in legē non p̄uenit. quare. qui
non ex fide. sed tamquā ex operibus id est tamquā eā p̄sem & ipsos ope-
rantes non in se credentes operari dñm. ds ē enī qui operat̄ in nob̄ & uelle
& operari p̄ bona uoluntate. ac p̄ hoc offeder̄ in lapide offensionis. nā
quid dixerit. quia non ex fide. sed tamquā ex operibus. aptissime expo-
suit dicens. Ignorantes enī di iustitiā & suā uolentes constituere
iustitiae di non sunt subiecti finis enī legis xps ad iustitiā omni credenti
& adhuc dubitamus quae sint opera legis quibus homo non iustificat̄
sicut tamquā sua crediderit sine adiutorio & dono di quod ē ex fide ihū
xpi & circūcisionē ceteraq; talia suspicamur. quia & de his sacra-
mentis aliis in locis talia quaedā legunt̄. sed hinc utique non circūcisionē

captiuauit
tatem

tam quā suā iusticiā uolebant confitueri quia & ipsa dī praecepitendo
 confituit nec de illis operib; hoc intellegi potest de quibus dñs eis dicit: rei
 citis mandatu dī ut tradiciones uras statuatis quia psequens inquit legem
 iustitiae in lege non puenit isrl; non dicit psequens tradiciones suas id ē
 consecretans haec ergo sola distantia ē quia ipsum non concupiscet & cetera
 mandata scā & iusta & bona sibi tribuebant quae ut possit homo facere
 dī operatur in homine p fide ihū xpī qui finis ē ad iusticiā omni credenti
 id est cui p spm incorporatus factusque membrū ei potest quisque illo in
 crementū intrinsecus dante operari iusticiā de cui operibus & iā ipse dixit
 quia sine me nihil potestis facere. Ideo quippe pponitur iustitia legis quod
 quis fecerit eā uiuēt in illa ut cum quisque infirmitatē suā cognouerit
 non p suas uires neque p litterā ipsius legis quod fieri non potest sed p fi
 dem concilians iustificatore pueniat & faciat & uiuat in exopus enī quod
 quis fecerit uiuēt in eo non fit nisi a iustificato iustificatio aut ex fide im
 pōratur de qua scriptū ē ne dixeris in corde tuo quis ascendit in caelū
 hoc ē xpm deducere aut quis descendit in abyssū hoc ē xpm a mortuis
 reducere sed quid dicit ppe te ē uerbum in ore tuo & in corde tuo hoc ē
 inquit uerbum fidei quod praedicam quasi confitearis in ore tuo quia dñs
 ē ih̄s & credideris in corde tuo quia dī illum suscitauit a mortuis saluus
 eris. In tantū iustus in quantū saluus phanc enī fide credimus quod & iā
 nos dī a mortuis excitat & interim spū ut in nouitate ei gratiae tempe
 ranter & iuste & pie uiuam in hoc seculo post & iā carne nrā ad immor
 talitatē resurrectura quod ei meritum sps facit qui eā in resurrectione
 sibi congrua hoc ē iustificatione pcedit. Consepulti enī sumus xpo
 p baptismū in morte ut quē ammodum xps resurrexit a mortuis p glo
 riā patris sic & nos in nouitate uitae ambulemus fide igit ihū xpī impe
 tramus salutē & quantulum nob inchoat in re & quantū pficienda exspec
 tatur in spe. Omnis enī qui inuocauerit nom dñi saluus erit. Quā mul
 ta multitudo ait psalmus dulcedinis tuae dñe quā abscondisti timentu
 bus te pfectis aut sperantib; in te. Ex lege timemus dñm ex fide speram
 in dñm sed timentibus poenā abscondit gratia; sub quo timore anima la
 borans quando concupiscentiā malā conuicerit nec timor ille quasi eus
 tos seuerus abscesserit p fidem confugiat ad misericordiā dī ut dē
 quod iubet atq; inspirata gratiae suauitate p spm scm faciat plus de
 lectare quod pcepit quā delectat quod impedit. Ita multa multitudo

dilectionis eius. hoc est lex fidei. caritas eius conscripta in cordibus; atque diffusa
satis proficit sperantibus in eum. ut anima sanata non timore poenae. sed amo-
re iustitiae operetur bonum liberum ergo arbitrium euacuam per gratiam. Absit
sed magis liberum arbitrium statum. sicut enim lex proficit sic liberum arbitri-
um per gratiam non euacuat. sed statum. neque enim lex impletur nisi libero
arbitrio sed lege cognitio peccati proficit impetratio gratiae contra pecca-
tum per gratiam sanatio animae autio peccati per animae sanitatem libertas ar-
bitrii per liberum arbitrium iustitiae dilectio per iustitiam dilectione legis
operatio. ac hoc sicut lex non euacuat sed statum per fidem quia fides impe-
trat gratiam qua lex impletur. ita liberum arbitrium non euacuat per gratiam
sed statum. quia gratia sanat uoluntatem qua iustitia libere diligitur.
Omnia haec quae uelut concatenata conexus habent uoces suas in scripturis scri-
ptis. Lex dicit non concupisces. fides dicit sana anima mea quomodo peccavi tibi gra-
tia dicit ecce sanus factus es iam noli peccare nequid tibi deterius contingat.
Sanctus dicit domine deus meus exclamavi ad te. & sanasti me. liberum arbitrium
dicit uoluntariae sacrificabo tibi. dilectio iustitiae dicit. Narrauerunt
mihi iniusti delectationes. sed non sicut lex tua domine. Ut quid ergo mise-
ribus homines. aut de libero arbitrio audent supbire ante quam liberentur. aut de
suis uiribus sua liberati sunt. nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrii
utique libertatem sonare. ubi autem spiritus domini ubi libertas. Si ergo serui sunt
peccati. quid se iactant de libero. a quo enim quis deuictus est. huic & seruis ad-
dictus est. Si autem liberati sunt. quid se iactant uolunt de opere proprio. & glo-
riam quasi non acceperint. an ita sunt liberi ut nec illum uelint habere
dominum qui eis dicit sine me nihil potestis facere. & si uos filius liberaue-
rit. tunc uere liberi eritis. Querat aliquis. utrum fides ipsa in qua sa-
lutis est ad salutem conexus huius quam commemoravi esse uidetur exordium
intra constituta sit potestate. quod facilius uidebimus si prius quid sit
potestas. aliquanto diligentius prospexerimus. cum enim duo quaedam sint. uelle
& posse. unde nec qui uult continuo potest nec qui potest continuo uult.
quia sicut uolumus aliquando quod non possumus. sic &iam possumus aliquan-
do. quod nolumus. satis elucet & ipsis & haec uocabulis resonat. quod ab eo
quod est uelle. uoluntas. ab eo autem quod est posse. potestas nomen accepit. quia
propter sicut qui uult habet uoluntatem ita potestatem qui potest. sed ut po-
testate aliquid fiat. uoluntas adert. neque enim dicitur solus quisquam
potestate fecisse. siquid fecit inuitus. quae quae subtilius aduertamus

&ia quod quisque inuitis facere cogitur. si facit uoluntate facit. sed quia
 mall & aliud. ideo inuitis hoc e nolens facere dicit. malo quippe aliquo face
 re compellitur. quod uolens eutare. t ase remouere facit quod cogitur.
 na sitanta uoluntas sit ut malo hoc non facere. qua illud non pati. cogen
 ti paulo hio resistit. non facit. t p hio si facit. non quidem plena nec libe
 ra uoluntate. sed tamen non facit nisi uoluntate. qua uoluntate quia ef
 fectus consequitur. non possum dicere potestate defuisse facienti. si
 em cogenti cedens uell & faceret. nec possit. ei uoluntate affuisse. licet
 extorta. sed potestate defuisse dicerem. cu uero ideo non faciebat. quia
 nolebat. erat utique potestas. sed uoluntas de erat. quam diu cogenti
 reluctando non fecit. hinc e quod &ia illi qui cogunt t quis ualent solent
 dicere. quod habes in potestate. quare non facis ut hoc malo careas. &
 qui omnino facere non possunt. quod ideo cogunt ut faciant. quia pos
 se credunt. solent excusando respondere. & dicere. faceret. si eet in po
 testate. quid igitur ultra quaerim. quando quide hanc diem potes
 tate ubi uoluntati adiacet facultas faciendi unde hoc quisque in potes
 tate habere dicit. quod si uult facit. si non uult non facit. attende iam
 illud. quod ex eueniendu posuim utru fides in potestate sit. De hac em
 fide nunc loquimur. qua ad hibern. cum aliquid credimus non qua dam
 co aliq ad pollice mur. na & ipsa dicit fides. sed aliter dicit non mihi
 habuit fidem. uiter aut non mihi seruauit fide. na illud e. non cre
 didit. quod dixit. illud non fecit quod dixit. secundu hanc fide qua cre
 dimus fideles sumus do. secundum illa uero qua facit. quod p mittit.
 &ia ds ipse fidelis e nob. hoc em dicit apostolus. fidelis ds qui non uos
 p mittit. t comptari sup id qd potestas. de illa itaque fide quaerimus
 utru in potestate sit. qua credim do. t credim in dm. hinc em scriptu
 e. credidit abraham do. & deputatu e illi ad iusticia. & credenti in
 eu qui iustificat. impium deputat fides ad iusticia. t uide nunc utru
 quisque credat. si noluerit. quod si absurdu e. quid e em credere
 nisi consentire ueru ee. quod dicit. consensio aut utique uolentis e.
 pfecto fides in potestate e. sed sicut apostolus dicit non potestas e nisi
 ad do. qui dicit causae e. cur non & ista nob dicit. quidem habes
 quod non accepisti. na & ut proclam ds dedit. nusqua aut legimus
 in seis scripturis. non e uoluntas nisi ad do. & recte non scriptu e. quia
 ueru non e. alioquin &ia peccatoru quod absit auctor e ds. si non e

uoluntas nisi ab illo quō mala uoluntas in solapccatu ē & uia fide sit effec-
tus id ē si non habeat potestatem. Porro cum uoluntas mala potestatem
accipit implere quo intendit ex iudicio di uenit apud quē non ē iniqui-
tas. punit enim & uia isto modo nec adeo in iuste quia occulte. ceterū iniquus
puniri se ignorat nisi cum manifesto supplicio senserit nolens quantum
mali sit quod p̄p̄trauit uolens. hoc ē quod de quibusdā apostolus ait.
Tradidit illos d̄s in concupiscentias cordis illorū ut faciant quae non con-
ueniunt. hinc & d̄s pilato non haberes in me inquit potestatem nisi da-
ta tibi fuisset desup. Sed cum potestas d̄s in q̄ necessitas utique impo-
nitur. unde cum d̄s saulis occidendi potestatem accepisset. maluit par-
cere quā ferire. unde intellegimus malos accipere potestatem ad dam-
nationē malae uoluntatis suae. bonos autē ad p̄bationē bonae uolunta-
tis suae. Cum ergo fides in potestate sit quō cum uult quisque credit
& cum credit uolens credit. deinde querendū ē in more colendū
quā fidem tanta conflitione cōmendat apostolus. non enim quod libet
credere bonū nā inde ē illud fr̄s nolite omni sp̄i credere sed p̄bate
sp̄m qui ex d̄o ē. nec in laudibus caritatis quod dictū ē omnia credit. sic
accipiendū ē. ut caritati cuiuspiā derogem si non quod audierit sc̄i
crediderit. quid quod eadē caritas amonēt defratre non facile ali-
quid eē credendū. & cum tale aliquid dicit hoc ad se magis iudicat
p̄tinere nec credit. postremo ipsa caritas quae omnia credit non om-
ni sp̄i credit. de hoc omnia quidē credit sed d̄o quia non dicitur eē
omnib; credit. nulli itaq; dubiū ē ea fide ab apostolo cōmendari
qua credit d̄o. sed adhuc ē aliquid discernendū quō d̄ illi qui suble-
gesunt & timore poenae iustitiā suā facere conant. & ideo non
faciunt d̄i iustitiā quia caritas ea facit quā non libet nisi quod non
licet non timor qui cogitur in opere habere quod licet. cū aliud
habeat in uoluntate. quā mall & si fieri possit licere quod non licet.
& illi ergo credunt d̄o. nā si omnino non crederent nec poenā
legis utique formidarent. sed non hanc fidē cōmendat aposto-
lus quid dicit. non enim accepistis sp̄m seruitutis iterū in timore sed
accepistis sp̄m adoptionis filiorū in quo clamam abba pater. ti-
mor ergo ille seruilis ē. & ideo in illo quāuis d̄no credit non tam
iustitiā diligit sed damnatio timet. filii uero clamant abba pater.
quarū duarū uocū una ē exercitatio. altera exp̄putio. iudici

primū & graeci quō unus ē dī qui iustificat circumcisiōne ex fide & prae-
 putiū p̄ fide. cum autē clamant aliquid p̄ & sunt & quid p̄ & sunt nisi qd̄ esuriunt
 & sitiunt. & hoc quid ē nisi quod de illis dictū ē. Beati qui esuriunt & si-
 tiunt iusticiā quō ipsi saturabunt. hūc ergo transeant qui sub lege sunt
 ut ex seruis filii fiant nec sic tam ut serui eē desistant. sed ut tam quā fi-
 lii dñō & patri liberaliter deseruiant. quia & hoc acceper. dedit enī
 potestate ille unicus filius dī fieri credentib; in nomine ei eosq; amo-
 nuit p̄lere quaerere pulsare ut accipiant & inueniant & aperiant.
 eis addens increpationē & dicens. Si uos cū sitis mali nosctis bona data
 dare filiis ur̄is. quanto magis pater ur̄ qui in caelis ē dabit bona p̄ ten-
 tibus se. Cum ergo uirtus peccati lex inflāmauerit aculeū mortis ut
 occasione accepta peccatū p̄ mandatū operat̄ omnē concupiscentiam.
 a quo p̄tenda ē continentia nisi ab illo qui nouit bona data dare fili-
 is suis. an forte nescit insipiens quod nemo eē possit continens nisi dī
 d̄ & hoc ergo ut sciat ipsa indiget sapientiā. Cur itaque non audit
 patris sui sp̄m dicentē p̄ apostolū xp̄i t̄ ipsū xp̄m qui dicit in euangelio
 suo p̄ d̄ & accipit & si loquentē & d̄ in apostolo suo & dicentē. Siquis
 ur̄m indiget sapentiā postulat ad d̄ & dabitur illi postulat autē infi-
 de nihil esitans. haec ē fides ex qua iustus uiuit. haec ē fides qua cre-
 ditur in eū qui iustificat impium. haec ē fides p̄ qua excludit gloriatio.
 siue ut abscedat qua in nobis inflamur. siue ut emineat qua in dñō glo-
 riamur. haec ē fides qua imp̄ d̄ rat̄ largitas sp̄s de quo dicit. nos em̄
 sp̄ū ex fide sp̄em iustitiae expectemus. Ubi quidē quaeri adhuc po-
 test utrū sp̄em iustitiae dixerit quā sperat iustitia an qua speratur
 ipsa iustitia. quō iustus ex fide uiuens sperat utique uitā aeternā.
 itemq; fides esuriens sitiensque iusticiā renouatione de die in die
 interioris hominis p̄ficiat in eā & sperate ase satiari in uita aeternā.
 ubi fide quod in psalmo de dō dicit. qui satiatur in bonis desiderii
 tuū. haec ē fides qua salui fiunt quib; dicit̄ gratia salui estis facti p̄ fide
 & hoc non ex uob; sed dī donū ē non ex operibus. ne forte quis extollatur.
 ipsius enī sumus figmentū creati in xp̄o ih̄u in operib; bonis quae prae-
 parauit d̄ sicut in illis ambulem̄ postremo haec ē fides quae p̄ dilectio-
 nē operat̄ non p̄ timorē non p̄ timorē non formidando poenā sed
 amando iusticiā unde ergo ista dilectio icl̄ caritas p̄ qua fides operat̄.
 nisi unde illā fides ipsa p̄ d̄ ratur. neque enī eēt in nobis quantacūq;

fit in nob. nisi diffunderet & in cordibus nr̄is p̄ sp̄m s̄m qui datus ē nobis
Caritas quippe dī dicta ē diffundi in cordibus nr̄is. non quia nos ipse diligit
sed quā nos facit dilectores suos. sicut iustitia dī quā iusti ei munere ef-
ficiuntur & dñs salus quā nos saluos facit. & fides ih̄u xp̄i quā nos fide-
les. haec ē iustitia dī quā non solū docet p̄ legis proceptū uerū & iā dat
p̄ sp̄m donū. sed consequens & paululū quætere utrū uoluntas illa quā
credimus & iam ipsa dī donū sit. an ex illo naturaliter insito libero
adhibeat arbitrio si enī dixerimus eā non eē donū dī. m̄ & uendū ē
ne existimem̄ inuenisse nos aliquid quod apostolo increpanti & dicen-
ti quid tu habes quod non accepisti si autē & accepisti quid glori-
aris quasi non acceperis. Respondere possimus. ecce habem̄ uolunta-
tē credendi quā non accepimus. ecce ubi gloriemur quod non accepe-
rimus. si autē dixerim̄ & iā huiusmodi uoluntatē non eē nisi donū dī.
rursus in & uendū ē ne infideles atq. impii non in merito se uelu-
ta iuste excusare uideant̄ ideo non credi dī se quod dare illis dī is-
tā noluit uoluntatē. nam illud quod dictū ē dī ē enī qui operatur
in nobis & uelle & operari p̄ bona uoluntate. iā gratia ē quā fides
imp̄tra ut possint eē hominis opera bona. quae operat̄ fides p̄ di-
lectionē quae diffunditur in corde p̄ sp̄m s̄m qui datus ē nob̄. sed
credimus ut imp̄tremus hanc gratiā. & utique uoluntate cre-
dimus. de hac quaerit̄ unde sit nobis. si natura quare non om̄i cū sit
idem dī omnium creator. si dono dī & iā hoc quare non omnib; cū om̄
homines uelit saluos fieri & in agnitionē ueritatis uenire. prius
igitur illud dicamus. & uideamus utrum huiusmodi satisfaciūt quaestioni.
quod liberum arbitriū naturaliter attributū a creatore animae
rationali illa media uis ē. quae t̄ intendi ad fidē t̄ inclinari ad infi-
delitatem potest. & ideo nec istā uoluntatē qua credit dō dici potest
homo habere quā non accepit. quando quidem uocante dō sur-
git de libero arbitrio. quod naturaliter cum creat̄ & accipit. uult
autē dī om̄ homines saluos fieri & in agnitionē ueritatis uenire.
Non sic tamē ut eis adimat liberū arbitriū quot bene t̄ male inten-
tentes iustissime iudicentur. quod cum fit. infideles quidem con-
tra uoluntatē dī faciunt cū ei euangelio non credunt. nec ideo
tamen eā uincunt uerū se ipsos fraudant magno & summo bono.
malisq. poenalib; implicant. experituri in sup̄licis potestate ei

eui in donis misericordia condempserit ita uoluntas di semp inuicta e. uin
 cer & ur aut sinon inuenit & quid de contemptoribus faceret aut ullo
 modo possent euadere quod de talibus ille constituit qui eni dicit uerbi
 gratia uolo ut hi omnes serui mei operentur in uinea & post labore re
 quiescentes epulentur ita ut quis quis eoru hoc noluerit in pistrino semp
 molatur uidetur quidem quicumque condempserit contra uoluntate dmi
 sui facere sed tunc et uinea & si & pistrinu condempnent effugerit quod
 nullomodo fieri potest sub di potestate unde scriptu e. semel locutus e
ds hoc e incommutabiliter quamqua & de unico uerbo possit intellegi
 deinde subiugens quid incommutabiliter sit locus. duo haec inquit auclui
quo potestas di e & tibi dno misericordia quia reddes unicuique secun
 du opera sua ille igitur reuserit ad damnatione sub potestate ei qui
 qui condempserit ad credendu misericordia ei quis quis aut crediderit
 ei que se a peccatis omnibus absoluendu & ab omnib; uitiis sanandu & ea
 lore ac lumine ei accedendu in luminandumque comiserit habebit
 ex ei gratia opera bona ex quibus & uia secundu corpus a mortis cor
 ruptione redimat. coronetur bonisque sati & ur non temporalib;
 sed aeternis supra qui p & imus & intellegimus hunc ordine tenuit
 psalmi ubi dicitur. Benedic anima mea dnm & noli obliuisci omnes
retributiones ei qui proptius fit omnibus iniquitatibus tuis qui sanat om
nes languores tuos qui redemit de corruptione uitae tuae qui corona te
in misericordia & misericordia qui satiat in bonis desideriu tuu
& ne forte haec tanta bona hui uetustatis hoc e mortalitatis de for
mitas desperar &. Renouabit inquit sicut aquilae iuuentus tua tamqua
 dicitur & haec quae audisti ad nouu homine & ad nouu ptenent testam
 tum. recole mecum eadem ipsa paululu obsecro te. & inspicere delecta
 biliter laudem misericordiae hoc e gratiae di. benedic inquit
 anima mea dnm & noli obliuisci om retributiones ei quare tribuit
 bona p malis qui proptius ^{fit} omnibus iniquitatib; tuis hoc agit in baptis
 matis sacramento qui sanat om languores tuos hoc agit in hac uita
 fidelis hominis dum caro concupiscit aduersus spm & sps aduersus
 carne ut nonquaecumque uolumus facimus dum alia lex in membris
 repugnat legi mentis dum uelle adiacet p ficere aut bonu non qui
 languores uetustatis si p seuerante intentione p ficimus de die in
 die crescente nouitate sanat ex fide quae p dilectione operatur.

qui redimat de corruptione uitā tuā hoc fit in ultima resurrectione mor-
tuorū qui coronat te in miseratione & misericordia hoc fit in ultima
resurrectione mortuorū qui coronat te in miseratione & misericor-
dia hoc fit in iudicio ubi cū rex iustus sederit in throno redditurus uniuersis
secundū opera ei. Quis gloriabitur cū se habere cor aut quis gloriabitur
mundū se esse a peccato. ideo illic necessariū fuit cōmemorare miseratione
nō & misericordiam dñi ubi iā exigi debita & reddi merita sic possit uide-
ri. ut nullus esset misericordiae locus. coronat ergo in miseratione & mi-
seratione sic secundum opera. segregabitur enim ad dexterā cui dicatur
esurui & dedisti mihi manducare. quō iudicium sine misericordia. sed illi qui non fe-
cit misericordiam. Beati autē misericordes quia ipsorum miserebitur. iā ue-
ro cum sinistri ierint in ambustione aeterna iusti autē in uitā aeterna
quia haec est inquit uita eterna ut cognoscant te unū uerū dñm & quē mi-
sisti ih̄m xpm̄. illa cognitione illa uisione illa contemplatione satiabitur
in bonis animae desiderium. hoc enim solum ei sat est. ultra non habet quod
appetatur. quō in h̄m̄ quod requiritur. nā desiderio huius satiatus ardebat
qui dñō xpo ait. Ostende nob̄ patrem & sufficit nob̄. cui responsū est qui
me uidet uidet & patrem. quia & ipsa est uita aeterna ut cognoscant
unū uerū dñm & quē misisti ih̄m xpm̄. sed ille qui uidit filium uidit
& patrem. p̄fecto qui uidet patrem & filium uidet & sp̄m̄ s̄m̄ patris & fi-
lii. ita ne arbitrium liberū tollimus. & benedicit anima nr̄a dñm non
obliuiscens omnes retributiones ei nec ignorans diuinitatē suā uolēt
constituere. sed credit in eum qui iustificat impiū & uiuit ex fide
donec ad speciem p̄ducatur. fide scilicet quae p̄ dilectionē operatur. quae di-
lectio diffunditur in cordibus nr̄is. nec p̄ sufficientiam p̄prias uolun-
tatis. nec p̄ litterā legis sed p̄ sp̄m̄ s̄m̄ qui datus est nob̄. Nec disputatio
si quae stioni illi soluenda sufficit. sufficit si autē respondetur ca-
uendū esse ne quis quā dō tribuendū esse peccatū quod d̄mittitur p̄ li-
berū arbitrium. si in eo quod dicitur quid habes quod non accepisti
p̄pter ea & iā uoluntas qua credimus dono dī tribuitur quia delibero
existit arbitrio quodcum crearemur accepimus. attendat & uideat
non uideo tantū istā uoluntatē diuino muneri tribuendā quia ex
libero arbitrio est quod nob̄ naturaliter concretū est. uerū & iā
quod uisorū suasionibus agit d̄s ut uelimus & ut credamus. siue extrin-
secus p̄ euangelicas exhortationes ubi & mandata legis aliquid agunt

si ad hoc a mon & homine infirmitate sua ut ad gratia iustificante cre-
 dendo confugiat. siue intrinsecus ubi nemo habet in potestate quid ei ue-
 niat in mentem sed consentire & dissentire propriae uoluntatis e. his er-
 go modis quando ds agit cum anima rationali ut ei credat. neque enim
 credere potens quolibet libero arbitrio si nulla sit suasio & uocatio cui
 credat pfecto & ipsum uelle. credere ds operatur in homine. & in
 omnibus mia ei preuenit nos consentire aut uocationi di tabea dis-
 sentire sicut dixi ppriae uoluntatis e. quares non solu non infirmat
 quod dictu e quidem habes quod non accepisti. uerum & ia confirmat;
 accipere quippe & habere anima non potest dona. de quibus hoc au-
 dit. nisi consentiendo. ac p hoc quid habeat & quid accipiat ds e. accipe-
 re aut & habere utique accipientis & habentis e. lam si ad illa pfun-
 ditate scrutanda quisqua nos coartet cur illi ita suadetur ut p suadeatur.
 illi aut non ita duo sola occurrunt interim quares respondere mihi pla-
 ceat. O altitudo diuitiaru. & num quid iniquitas apud dm. cui responsio
 ista displicet quares doctores. sed caueat ne inuonatur presumpto-
 res. concludamus igitur libru aliquando. cui tanta plicitate utru aliquid
 egerimus nescio. non apud te cui fide seo. sed apud animos eoru ppter
 quos me scribere uoluisti. qui non contra nrām sed ut mitius loqueretur non
 dicā illius qui in suis apostolis e locutus. certe contra tanti apostoli pauli
 non unā sententia sed tā uehementē tam intentē uigilem q. conflictio-
 nē malunt suā defendere sententia. quā audire eū obsecrante pmi-
 seratione di. & dicente p gratia di quae dicitur illi non plus sapere quā
 oportet sapere sed sapere ad sobrietatē. unicusque sicut ds partitus e
 mensurā fidei. Tu aut quid mihi pposueris & quid tam longo disputa-
 tionis hui opere effecerimus aduerte. monuit te certe quē am modū
 dictū fuerit fieri posse ut si homo sine peccato si uoluntas ei non desit
 ope adiuuante diuina quamuis nemo tam pfectae iustitiae in hac uita
 fuerit t sit futurus sit. Si enim hoc ipsum in illis prius ad te con-
 scriptis libris pposui. si ame quareatur in quantū utru homo sine
 peccato possit eē in hac uita. confitebor posse poli gra tia & li-
 berū ei arbitrium. ipsum quoq. liberū arbitriū ad di gra tia hoc e
 ad di dona pertinere. non ambigens. nec tantū ut sit. uerū ut bonū sit.
 idē ad faciēda mandata dñi conuertatur. atq. ita di gratia non so-
 lum ostendat quid faciendū sit sed adiuuet & ia ut possit fieri quo

ostenderit, tibi autē absurdū uisum ē sine exemplo eē rem quae fieri po-
test. hinc exorta ē huius libri quaestio ac phoe ad nos pertinebat ostendere
fieri posse aliquid quamuis desit exemplum; hinc ex euangelio & ex lege
quaeclā posuimus in sermone huius exordio. sicut decamelus meli transitu
per foramen acus. & de duodecim milibus legionū angelorū qui potuerunt si-
uelli & pugnare pro christo. & de illis gentibus quas deus dicit potuisse se facere
populi sui semel exterminare. quae omnia facta non sunt. his addi possunt
etiam illa quae leguntur in libro sapientiae. quā multa possunt noua tor-
menta deus exercere in impios ad nutū sibi seruiēte creatura. quae tam
non exseruit potest & de monte illo quō fides in mare transferrā.
quod tamen nusquam factū t legimus t audiui. quisquis enim horū aliquid
deus dixerit eē impossibile. uides quā desipiat quamque aduersus fidem
scripturas ei loquatur. multa alia huiusmodi possunt occurrere t legenti
t cogitanti quae possibilia deo negare non possum. quamuis eorū desit
exemplum. sed quia dici potest illa opera eē diuina iuste autē uiuere
ad nostram operā pertinere. suscepi ostendere etiam hoc opus eē diuinum.
& hoc egi libro isto loquatus forte quā sit ē. sed contra inimicos gratiae
dei & iam parum mihi dixisse uideo. nihilque me tam multū dicere de-
lectat quā ubi mihi & scriptura ei plurimum suffragat. & id agitur
ut qui gloriatur in domino gloriatur. & in omnibus gratias agam domino deo nostro. sur-
sum eorū habentes unde a patre luminū omne datū optimū & omne
donū perfectum ē. nam si propter ea non eē opus dei quia pro nos agitur t
quia illo donante nos agimur. nec illud eē opus dei ut monstrat in mare
qui a fidei hominū fieri potest se deus dicit. & hoc ipsorum operat tribut
dicens. si habueritis sinuōb fidei tamquā granū sinapis. dice & is mons
huic tollere & mittere in mare & fia. & nihil impossibile erit uob.
Certe nobis dixit. non mihi aut patri. & tamen hoc nullomodo fiet ho-
mo nisi illo donante & operante. ecce quae ammodū sine exemplo ē
in hominibus perfecta iustitia & tam impossibilis non ē. fieri enim
sit tanta uoluntas adhibere & quanta sufficit tanta rei. eēt
autē tanta si & nihil eorū quae pertinent ad iustitiam nos latere
& tam sic delectare animū ut quicquid aliud uoluntatis dolorem
suae impedit. delectatio illa superare. quod ut non sit. non ad im-
possibilitatē sed ad iudiciū dei pertinet. quis enim nesciat non eē in homi-
nis potestate. quicquid sciat necesse consequens ut quod apprehendū cogni-

tu fuerit appellatur. in sitantia delectat. quantum diligendum est. hoc autem
 sanitatis est animae. sed fortasse quispiam putauerit nihil nobis de esse
 ad cognitionem iustitiae. quod dominus uerbum consumans & breuians super
 terram dixit in duobus preceptis totam legem prophetarumque pendere. nec
 ea tacuit sed uerbis aptissimis promisit. diliges inquit dominum deum tuum
 ex toto corde tuo & ex tota anima tua & ex tota mente tua & diliges
 proximum tuum tamquam te ipsum. ^{in uerbis} qui durius his implendis impleri omni
 no iustitiam. Verum tamen qui hoc attendit & iam illud attendat quam
 in multis offendamus omnes. dum putamus deo quae diligimus placere.
 et non displicere quod facimus. & postea per scripturam eius siue certe
 & per speciem ratione commota cum didicerimus quod ei non placeat prae
 nitendo deprecamur. ignoscat plena humana uita est documentis ta
 libus. unde aut minus nouimus quod ei placeat. nisi quia & ipse minus
 notus est nobis. Videmus enim nunc per speculum in enigmate. tunc autem facie
 ad faciem. Quis uero existimare audeat cum eo uentum fuerint. quod ait
 ut cognosca sic & cognitus sum. Tantam dei dilectionem fore contempla
 toribus eius quam a fidelibus. nunc est. aut illo modo hanc illis tamquam de proximo
 comparanda. porro si quanto maior notitia tanta erit maior dilectio.
 profecto nunc quantum de est dilectioni tantum proficienda est iustitiae de esse
 credendum est. sciri enim aliquid tibi credi & tam non diligere potest. diligere autem
 quod neque scitur neque creditur non potest. at si credendo ad tantam
 dilectionem seipsum peruenire potuerit qua certe maiorem in hac uita esse
 non posse dominus ipse testatus est ut animam suam pro fratribus pone
 rent. cum ab hac peregrinatione in qua pro fide nunc ambulatur
 peruentum erit ad speciem quam nondum uisam speramus. & per patientiam
 expectamus. paulo dubio & ipsa dilectio non solum supra quam hic habe
 mus sed longe supra quam possumus & intellegimus erit. nec ideo tam
 plus esse poterit quam ex toto corde ex tota anima ex tota mente
 neque enim refert in nobis aliquid quod ad diuinitatem ad totum. quia si resta
 bit aliquid illud non erit totum. proinde hoc primum preceptum eius
 iustitiae quo iubemur diligere deum ex toto corde ex tota ani
 ma & ex tota mente cui est de proximo diligendo alterum consequens
 in illa uita implebimus. cum uidebimus faciem ad faciem. sed ideo nobis
 hoc & iam nunc preceptum est ut amoneamur quid fide expos
 cere. quos sperem premittere. & soluiscento quae per alio sum

in q̄. anteriora nos extendere debeamus. ac phoe quantum mihi uidetur
in ea quae perficienda & iustitia multum in hac uita ille proficit. qui quā
longe sit a perfectione iustitiae perficiendo cognouit. sed fiducia potest. quae
dā iustitia minor huic uitae competens. quia iustus ex fide uiuit quāuis
peregrinus ad dno & ideo pfidem ambulans nondum p̄specie. non absur
de dicitur & a ad ista pertinere non peccat. neq̄. enim si es nondum potest tanta
dilectio dī quanta illi cognitioni plenae p̄fecteque debeat. iā culpae de
putandū ē. aliud ē enī totā nondū adsequi caritatē. aliud nullā sequi cu
piditatem. quam obrem debeat homo quamuis longe minus am & dnm quā
potest amare conspectū. nihil tam app̄dere inlicitū. sicut & a in his
quae adiacēt sensibus corporis potest oculus nullis tenebris delectari
quamuis non possit in fulgentissima luce defigi. uerū ecce iā talem
constituam animū humanū in hoc corruptibili corpore. qui & si nondū
illa sup̄eminētissima p̄fectione caritatis dī om̄ motus terrae ac li
bidinis absorberit atq̄. consumpsit. tamen in ista minore iustitia
ad inlicitum aliquid operandū ei libidini nulla inclinatione consentiat.
ut ad illam uitā iā in mortale p̄tineat. Diliges dnm dnm tuū ex toto
corde tuo & ex tota animata tua & ex tota uirtute tua. Ad hanc aut non
regnā peccatū in urō mortali corpore ad obediendū desideris ei. ad illi
non concupisces. ad ista p̄ concupiscentias tuas non eas. ad illā nihil am
plius quaerere quā ea p̄fectione p̄sistere. ad ista hoc quod agit in
opere habere. & illius p̄fectione p̄mercede sperare. ut p̄ illa iustus sine
fine uiuat in specie quā in ista desiderauit. p̄ hanc iustus uiuat ex fi
de. uerū aliquando alicui delectationē inlicitae consentire. non tam
in illis horrendis facinoribus & flagitiis p̄p̄randis. uerū & a in istis
leuioribus ut t̄ aure alicui uoci quae audienda non eēt. t̄ linguam ali
cui quae dicenda non eēt. ac om̄od̄. t̄ in ipso corde aliquid ita cogit &
ut malū & licitum quod male delectat. & p̄p̄ceptū fertur inlicitum.
& a ista quippe consensio ē ad peccatū. si utique fieret nisi poenae
terror & tales iustitiae ex fide uiuentes non opus habent dicere.
Dimitte nob̄ debita nr̄a sic & nos dimittim̄ debitoribus nr̄is. falsum que
eēt conuincunt quod scriptū ē. non iustificabit̄ in conspectu tuo om̄nis
uertens. & illud. si dixerimus qui a peccatū non habem̄ nos ipsos decipim̄
& ueritas in nob̄ non ē. & id quia non ē homo qui non peccauit.
& illud quia non ē iustus in terra qui facit & bonū & non pec

eabit. Utrumque omni hoc testimonium non de preterito dicit id: peccavit sed
 de futuro id est peccabit. & si qua alia in hanc sententiam sua scriptura co-
 memorat, sed quo haec falsa esse non possunt. illud esse consequens uideo.
 ut quale libet & quantum libet in hac uita peruenire definire iustitiam. nul-
 lus in ea sit hominum qui nullum habeat omnino peccatum. omnique homini sit
 necessarium dare ut datur illi dimittere ut dimittat illi & si quid
 habet iustitiae non suo sibi esse praesumere. sed de gratia iustificantis
 dei. Adhuc tam ab illo esurire & stare iustitiam qui est panis uiuus & apud
 quem fons uitae. qui sic operatur iustificationem in suis suis in huius uitae tempta-
 tione laborantibus ut tam sit. & quod propter eorum largiter adiciat. &
 quod confitentibus clementer ignoscit. sed inueniant isti si possunt ali-
 que sub honore corruptionis huius uiuentis. qui iam non habeat quod ignoscit
 nisi tamen eum fateantur non doctrina legis data. sed & iam infuso spu
 gratiae ut talis esset aduocatus. non cuius eum modo peccata erim sed ipsius im-
 pietatis incurrunt. Sane quamquam tale sit testimonium illa diuina
 competenter accipiunt prorsus inuenire non possunt. nullomodo tam
 dicendum est. de deo esse possibilitate. qua uoluntas sic adiuuat humana
 ut non solum iustitia ista quae ex fide est omni ex parte modo proficiatur
 in homine iustitia ista. illa secundum quam postea in aeternum in ipsa ei
 contemplatione consistendum est. quando quidem si nunc uelit in quoquam
 & iam hoc corruptibile induere incorruptionem atque hic inter homi-
 nes moriturus laborat uiuere minime moriturus ut tota penitus
 uoluntate consumpta nulla lex in membris ei repugnans legem
 eiusdem. quae ubique praesente ita cognoscatur. sicut scilicet qui postea. cog-
 nituri sunt. Quis de mens audeat affirmare non posse. sed quare
 non faciunt quae erunt homines. nec qui quaerunt se attendunt esse homi-
 nes. Scio quod sicut impossibilitas ita & iniquitas non est apud deum
 & scio quod sapienter resistit humilibus autem dat gratiam. Et scio quod il-
 li cuius extolleretur dicitur erat stimulus angelus qui eum colaphis la-
 teret & semel & iterum & tertio deprecanti dicitur est. sufficit tibi gratia
 mea. nam uirtus in infirmitate proficit. aliquid ergo est in abdito & in
 fundo iudiciorum dei ut & iam iustorum omnes os obstruatur in laude sua.
 & non operatur nisi in laude dei. hoc autem aliquid quis possit scrutari
 quis uestigare quis nosse ^{quia} tam sunt inscrutabilia iudicia eius & in-
 uestigabiles uiae eius. Quis enim cognouit sensum dei aut quis consilia

rius illi fuit aut quis prior dedit illi & tribuatur ei quo ex ipso & p
ipsum & in ipso sunt omnia. Ipsa gloria in saecula saeculorum. CMLII

EXPLICIT LIBER DE SPY ET UTTIRA.

INCIPIT HUIUSMODO EPYSTOLA AD COMITEM BONIFATIUM FELICITIA

Valde mihi gratum est quod inter occupationes utillicas cura quoque re
ligionis habere non neglegas & homines in dispersione ac diuisione
constitutos ad uiam salutis & pacis reuocari desideras.

INCIPIT LIBER SCI AUGUSTINI AD PAVLINUM

Diuinitatis tuae coepiscopo uenerande paulino rescriptorum
debitor fui ex quo mihi scripsisti per homines filiae nrae religio
sissime flore quaerens a me utrum prosit cuique post mortem quod
corpus ei apud se alicui memoria sepelitur: hoc enim abs te uidua
memorata peruenerat per defuncto in eis partibus suo filio, & rescripse
ras consolans ea idque & iam nuntians de ea clauere fidelis iuuenis ernegni
quod materno & pio affectu desiderauit esse completum. ut scilicet
in beatissimi felicitis confessoris basilica poneretur: quia occasione fac
tu est ut eosdem platores litterarum tuarum & mihi scriberes inge
rens huiusmodi quaestione atque ut respondere quid inde mihi ui
deretur. exposcens nec tacens ipse quid sentias. in dicitur in dicitur tibi
non esse inanes motus animorum religiosorum atque ad hoc ipsum ita
curantium. adiungis & iam uacare non posse quod dicitur per defuncto
tis ecclesia supplicare consuevit. ut hinc & illud conuenisset homi
ni prode post mortem. si fide suorum humando ei corpus talis penderet
locus in quo appareret opitulatio. & iam isto modo quaesita scorum
sed cum haec ita sint. quomodo huius opinionem contrarium non sit quod
ait apostolus. Omnes enim ad stabimus ante tribunal christi ut ferat
unus quisque secundum ea quae pro corpore gesserit suo. bonum siue ma
lum. non tamen satis uidere significas. Haec quippe apostolica sententia
ante mortem ammonet fieri quod possit prode post mortem. non tunc
quando recipiendum est quod quisque gesserit ante mortem. utrum
haec ita soluitur quaestio. quomodo quodam uitae genere acquiritur
cum in hoc corpore uiuit ut aliquid adhibent ista defunctos. & per hoc
secundum ea quae pro corpore gesserit eis quae pro corpore religiose pro
illis facta fuerint adiuuant. sunt enim quos nihil omnino adiuuant
ista siue pro eis sunt quorum tam mala merita ut nec tabulis dig

ni sint adiuuare. siue peris quorū tam bona ut talib; non indigeant adiuu
 tis genere igitur uitae quod gessit quisque p̄ corpus efficitur ut p̄ sint t
 non p̄ sint quaecumque p̄ illo pie fiunt cum reliquerit corpus. Nam meritū
 p̄ quod ista p̄ sint si nullum comparatū ē in hac uita frustra post hanc quae
 ritur uitā; ita fit ut neque in aniter ecclesia t̄ suorū cura p̄ defunctis quod
 potuerit religionis impendat. & tamen ferat unusquisque secundum ea
 quae gessit p̄ corpus siue bonū siue malū. reddente dno uniuersae secun
 dū opera eius; ut enim hoc quod impenditur possit ei p̄ deē post corpus. in
 ea uita ē aduersum quā gessit in corpore; poterat inquisitioni tuae
 sufficere mea breuis ista responsio. sed quae alia moueant quibus respon
 dendum existimo parump̄ attende. in machabeorū libris legimus ob
 latum p̄ mortuis sacrificium; sed & si nusquam in scripturis uel uerbis om
 nino legitur. non parua ē uniuersae ecclesiae quae in hac consuetudine
 clar & auctoritas; ubi in precibus sacerdotis quae dno dō ad dei altare fun
 dunt locum suū habet & dīa cōmendatio mortuorū; sed utrū aliquid p̄
 sit animae mortui locus corporis sui. operosius inquirendū ē. de primū
 utrū inter sit aliquid ad inferendā t̄ augendā miserā post hanc uita
 spiritib; hominū. si eorū corpora sepulta non fuerint. non secundū opi
 nione utcumque uulgatā. sed potius secundū religionis nr̄ae. sacris litte
 ras ē uidentium. neque enim credendū ē sic apud maronē legitur in se
 pulchra nauigando atq; transeundo inferno dīne prohiberi. quia scilicet
 nec ripas datur horrendas & rauca fluentes transportare. priusqua
 sedibus ossa quae uerū quis cor xp̄ianū inclinet. his poetis fabulosis q; fig
 mentis. cum dñs ih̄s ut inter manus inimicorū quicorū corpora. in potes
 tate haberent securi occumberent xp̄iani. nec capillum capitis eorū
 asserat peritura. exortans nec timeant eos qui cum corpus occiderint
 amplius non habent quid faciant. unde in primo libro de ciuitate di
 scis quantū existimo sum locutus. ut eorū dentes retunderem qui bar
 barica uisitate precipue quā nup̄ roma p̄ p̄ssa ē xp̄ianis tempo
 ribus. in putando dīa id obiciunt. quod si uis illis non subuenorū xp̄s;
 quibus cū responsum fuerit animas fidelū p̄ suae fidaei meritis ab il
 lo fuisse susceptas. insulant de cadauerib; in sepulchris totū itaque istū
 de sepultura locum uerbis talibus explicauit. ac enī intanta in qua fra
 ge cadauerū nec sepeliri potuer. neque ^{ita} pia fides nimū refor
 midat. tenens predictū nec absumentes bestias resurrectorū corpo

ribus ob futuras quorū capillus capitis non peribit. Nullomodo dicitur
ueritas. Nolite timere eos qui corpus occidunt animā autē non possunt
occidere. Siquicquā ob eēt futurae uitae quicquid inimici de corpori
bus occisorū facere uoluissent. nisi forte quispiam sic absurdus ē. ut conten
dat eos qui corpus occidunt & timere debere post mortē. ne corpus oc
cisum sepeliri non sinant. falsū ergo quod ait qui corpus occidunt & post
ea non habent qui faciunt. Absit autē ut falsum. ^{scilicet} quod ueritas dixit. Dic
tū ē enī aliquid eos facere cum occidunt. quia in corpore sensus ē occi
dendo. postea uero nihil habere quod faciant. quia nullus sensus ē
in corpore occiso. multa itaque corpora xpianorū terra contexit.
sed nullum eorū quisquā caelo & terra separauit. quā totā implēt
praesentia sui. qui nouit unde resuscitēt quod creauit. dicitur qui
dē in psalmo. *Posuerunt mortalia seruatorū tuorū oscula uolantibus caeli
carnes scōrū tuorū bestiis terrae. Effuderunt sanguinē eorū
tamquā aquā in circuitu hierusalem & non erat qui sepeliret.* sed ma
gis ad execrandā credulitatē eorū qui ista fecerunt non ad eorū insti
tutaē qui ista pessi sunt. Quamuis enī haec in conspectu hominū
dura & dura uideant. sed pretiosa in conspectu dñi mors scōrū eius
¶ roinde ista omnia idē curatio funeris conditio sepulturae. pompa
exequiarū. magis sunt uiuorū solatia. quam subsidia mortuorum
¶ Si aliquid pdest in pio sepultura praetiosa. ob erit pio uilis aut nulla.
praecelaras exsequias in conspectu hominū purpurato illi diuiti turba
exhibuit famulorū. sed multo clariorē in conspectu dñi ulceroso illi pau
peri ministeriū prebuit angelorū. qui eū non excolerunt in marmoreū
tumulum sed in abrahae gremium susculerunt. Rident haec illi con
tra quos defendendā suscepimus ciuitatē dī. Verum tam sepulturae
curam & iā eorum philosophi contempserunt. & sepe uniuersi exierunt
dū pterrena patria morerentur ubi postea iacerent. & quibus bestis et
ca fierent non curarunt. uicuntque de hac re poetis plausibiliter
dicere. caelo regitur qui non habet ^{urnā}. Nam quanto minus debent
de corporibus in sepulchris insultare xpianis. quibus & ipsius carnis
membrorūq. omniū reformatio non solū ex terra uerum & iā ex
liorū elementorū secretissimo sinu quo dilapsa cadauera recesserunt
intemporis puncto reddenda & recente ^{dñi} granda pmittitur. Nec
ideo tamen contemnenda et abiecta sunt corpora defunctorum

64
maxime q̄ iustorū atq̄ fidelū quibus tāquā organis & uasis ad omnia bona
opera sc̄e usus ē. Sp̄s si enī paternus & anulus ac siquid huiusmodi
tanto carius ē posteris quanto erga parentes maior affectus. nullomo
do ipsa spernenda sunt corpora. quae utique multo familiarius atque
coniunctius quā quaelibet indumta gestamus. Haec enī non ad ornamen
tū ad uitiorum quod adhibetur extrinsecus. sed ad ipsā naturā ho
minis pertinent. Unde & antiquorū iustorū funera officiosa pietate
curata sunt & exequiū celebrata. & sepultura p̄uisa ipsiq̄ue conuenerunt
de sepeliendis t̄ & cum transferendis suis corporibus filiis mandauerūt.
& uobis sepeliendo mortuos d̄m p̄meruisse. Teste angelo cōmendatur.
ipse quoque d̄s die tertio resurrecturus religiose mulieris bonū
opus praedicat. Predicandūq̄ cōmendat. quod unguentū praetiosū
sup̄ membra ei effunderit. Atque hoc ad eum sepeliendū fecerit.
& laudabiliter cōmemorat in euangelio. Qui corpus ei decorat ac
ceptum diligenter atq̄ honorifice regendum sepeliendū q̄ curauerunt.
uerū ista auctoritates non hoc amonent quod insit ullus cadaueribz
sensus. sed addi p̄uidentiā. Cui placent & alia pietatis officia cor
pora quoque mortuorū p̄tinere significant. p̄pter fidem resurrec
tionis ad instruendā ubi & illud salubriter dicitur. Quanta pos
sit eē remuneratio polymorphis quas uiuentibus & sentientibus
exhibemus. sine quae hoc apud d̄m perit quod ex animis hominum
membris officii diligentia eque p̄soluitur. Sunt quidē & alia
quae sc̄i patriarchae de corporibus suis t̄ conuendit t̄ transferendis.
p̄ph̄tico sp̄u dicta intellegi uoluerunt. Non autē hic locus ē ut ea
p̄tractemus. cum sufficiant ista quae diximus. sed si ea quae susten
tandis uiuentibus sunt necessaria. sicut uictus & amictus quam
uis cum graui afflictione desine non frangunt in bonis p̄ferendi
tolerandi q̄ uirtutē nec eradicant ex animo pietatē. Sed exer
citātē faciunt fecundiorē. Quantomagis cum de sunt ea quae cu
randis funeribus decondendis q̄ corporibus defunctorū adhibe
ri solent. Non efficiunt miseris. in oculis priorū sedibz uā quā & os.
dephoe quando ista cadaueribus xp̄ianorū in illa magna urbis t̄
& alia aliorū opidorū uastatione defuerūt. nec uiuorū culpa ē qui
non potuerūt ista prebere. nec p̄ona mortuorū qui non potuerūt ista
sentire. haec ē mea de sepulturae causa atq̄ ratione sententia.

quam propter ea ex alio libro meo in istum transtuli. quia facilius hoc amare
censeri potuit quam id ipsum alio modo eloquendum fuit. Quod si uerum est, p
fecto & iam prius sepeliendis corporibus apud memoriam sanctorum locus bonae
affectionis humanae est erga funera suorum. quo si non nulla religio est ut se
peliuntur. non potest nulla esse. quando ubi sepeliuntur attenditur. sed cum ta
lia uiuorum solatia requirunt. quibus eorum pius in suos animus appareat. non
uideo quae sint adiumenta mortuorum. nisi ad hoc ut dum recolunt ubi
sint posita eorum quos diligunt corpora. eisdem scilicet illis tamquam patronis
susceptos apud deum adiuuandos orando commendent. Quod quidem fa
cere possunt. & iam sicut libet locis eos humare non possunt. sed non ob aliud me
moriam & monumenta dicunt ea quae insignite fiunt sepulchra mortuorum.
Nisi quia eos qui uiuentium oculis morte subtracti sunt. ne oblivione & iam cor
dibus subtrahantur in memoriam. Reuocant. & amonendo faciunt cogita
ri. nam & memoriam nomini id aptissime ostendit. & monumentum. Cogit
monet mentem id est amonere nuncupatur. propter quod & graeci mnemon
uocant quod nos seu monumentum appellamus. Quo lingua eorum memoria
ipsa qua meminimus nomen dicitur. cum itaque recollit animus ubi sepulta
sit carissimi corpus & occurrit locus nomine martyris uenerabilis. eidem
martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus.
qui cum defunctis de fidelibus carissimis exhibetur. eum prodeum indubium est
Hic qui cum in corpore uiuerent talia sibi post hanc uitam prodeum merue
runt. Verum & si aliqua necessitas est humani corpora in talibus
locis humani nulla data facultate permittit. Non sunt propter mittende
supplicationes pro spiritibus mortuorum. quas faciendas pro omnibus in xpi
na & catholica societate defunctis & iam tacitis nominibus eorum subge
nerali commemoratione suscepta ecclesia. ut quibus ad ista desunt
parentes aut filii aut quicumque cognati tam uel ab una eis exhibeat
piam matrem communi. Si autem de eorum istae supplicationes quae fiunt
recta fide ac pietate pro mortuis. puto quod nihil prodeum spiritibus eorum
quamlibet locis sanctis ex anima corpora ponerent. cum ergo fidelis ma
ter filii defuncti corpus desiderauit in basilica martyris poni.
si quidem credidit ei anima meritis martyris adiuuari. hoc quod
ita credidit supplicatio quae data fuit. & haec profuit si quid profuit.
& quod ad idem sepulchrum recurrit. Animo. & filium precibus ma
gis magisque commendat. adiuuat defuncti spiritum non mortui cor

poris locus. sed ex loci memoria uiuus matris affectus. simul enim & quis
 & cui comendatus sit non utique infructuosae religiosa mentem precan-
 tis attingit. Nam & orantes de membris suis corporis faciunt quod sup-
 plicatibus congruit. cum genua fingunt cum extendunt manus & iam
 aternunt solo. & si quid ab uel faciunt uisibiliter. quamuis eorum inuisibi-
 lis uoluntas & cordis intentio de nota sit. Nec ille indigeat his indicis
 ut animus ei pandatur humanus. sed his magis seipsum excitat homo
 adorandum gemendumque humiliter atque feruentius. & nescio quomo-
 do cum hi motus corporis fieri nisi motu animi precedente non possint
 eisdem rursus exterius uisibiliter factis ille interior inuisibilis qui eos
 fecit augere. de hoc cordis affectus qui ut fierent ista precessit
 quia facta sunt. crescit uerum tamen se comodo quisque teneat & etiam
 ligetur ut haec de suis membris facere nequeat. non ideo non orat
 interior homo & ante oculos dei in secretissimo cubili ubi conpungitur
 sternitur. ita & iam cum plurimum inter sit ubi ponat corpus mortui sui
 qui spiritu ei deo supplicat. quia & precedens affectus locus elegit sem-
 & illuc corpore posito. recordatus locus se se eum qui precesserat renouat
 & augere affectum. tam & iam si non possit ubi religionis animi elegit huma-
 re quiem diligit. nullomodo debeat supplicationibus necessarius in ei comen-
 datione cessare. ubicumque enim iacet & non iaceat defuncta caro. spiritui
 requies adquirenda est. qui cum inde exiret secum abstulit sensum quo
 inter esse possit. quomodo quisque sit siue in bonis siue in malis. nec ab
 ea carne expectat adiuuari suam uitam. quam detraxerat excedens & red-
 diturus est rediens. quo non caro spiritui spiritus carni & iam ipsius resurre-
 ctionis meritum comparat. utrum ad poenam an ad gloriam reuiuiscant
 legimus in ecclesiastica historia quam graece scripsit eusebius & in la-
 tina lingua uertit rufini martyrum corpora in gallia canibus
 exposita. canumque reliquias atque ossa mortuorum usque ad extremam
 consumationem ignibus concremata. eosdem cineres fluuio rodano
 nequid ad memoriam qualecumque relinquere & in persos. quod non
 ob aliud credendum est diuinitus fuisse premissum. nisi ut discederent
 christiani in confitendo christum dum condempnunt hanc uitam multo ma-
 gis condemnent sepulturam. hoc enim quod ingenti se uitia de corpo-
 ribus martyrum factum est. si eis quicquam noceret & quominus beatas
 requiescerent. eorum uictoriosissimi spiritus non utique fieri sine &

re ipsa ergo declaratum est non ideo dixisse dominum nolite timere eos
qui corpus occidunt & postea non habent quid faciant. quod non esset
promissurus aliquid eos facere de suorum corporibus mortuorum. sed quod quicquid
facere promissum esset. nihil quominus & lux christiana defunctorum felicitas
fieri & nihil inde ad sensum post mortem uiuentium peruenire & nihil
ad detrimentum saltem ipsorum corporum quominus integra resurgerent
periret. & tamen ex illo humani cordis affectu quo nemo unquam car-
nem suam odio habet & sic cognoscant homines aliquid post mortem suam suis cor-
poribus de futurum quod in sua cuiusque gente & patria posset sollemp-
nitatem sepulturae contristare ut homines. & quod ad eos post mortem
non pertinet & dolent ante mortem. ita ut inueniant in regnorum libris de
prophetam minari alteri prophetiae qui ei transgressus est uerbum quod
non inferretur cadaver ei in sepulchrum patrum eius. quae scriptura sic
se habet. haec dicit dominus. qui a me inobediens fuisti orationem domini & non custo-
disti mandatum quod tibi precepit dominus deus tuus & reuersus es & come-
disti panem & bibisti aquam in loco in quo precepit tibi nec comederes panem
neque biberes aquam. non inferretur cadaver tuum in sepulchrum pa-
trum tuorum. quanta haec poena pendenda sit secundum euange-
lium cogitemus. ubi post corpus occisum nihil metuendum esse didicimus
nec membrae nec anima patiantur. nec poena dicenda est. si autem huma-
num erga suam carnem consideremus affectum. potuit inde terreri & con-
tristari uiuus quod sensurus non erat mortuus. & haec erat poena.
quo dolebat animus id de suo corpore futurum. quamuis cum fieret &
non doleat. accensus enim uoluit dominus seruum suum plectere. qui
non sua contumacia spreuerat praecipitum ei implere. sed aliena
decipiente fallacia obaedire se credidit. quando non obediuit.
neque enim putandum est ita fuisse interemptum morsu bestiae ut
ad supplicium tartareum ei deinde anima raperetur. quando
quidem ipsum ei corpus idem leo qui occiderat custodiuit. iumen-
to & iam quo uehebatur in leso. & simul cum illa immanifera
intrepida praesentia ad sui domini funus adstante. quo mirabi-
li signo apparuit hominibus diuinitatem temporaliter usque ad
mortem. quae punctum est post mortem. de qua re apostolus cum propter
quasdam offensas commemorasset infirmitates mortisque mal-
torum. sicut nos ipsos inquit iudicarem ad deo non iudicaremur.

cum iudicamur aut adno corripimur. ut non eum hoc mundo ne eum mundo dam-
nemur. eum sane ipse qui deceperat in monumento proprio satis honori fice
sepeliuit. seque sepeliendu iuxta ei ossa curauit. ita sperans parci posse
quoque ossibus suis conuenire & tempus quando secundum illius hominis
di pph & iam iofias rex iuda in illa terra multorum eruit ossa mor tuorum.
eisdemque ossibus sacrilega altaria quae sculptilibus confertata fue-
rant funestauit. pepit quippe illi monumento ubi iacebat pph & a.
qui ante annos amplius quam trecentos ista praedixerat. & ppter ipsum
nec illius qui eum seduxerat sepultura uiolata e. affectum nam que
illo quonemo unquam carne suam odio habet. puiderat cadaueri suo.
qui occiderat mendatio anima suam. ex hoc igitur quod carne suam quisq.
naturaliter diligit. & illi poena fuit addiscere non eum futurum in sepul-
chro patrum suorum. & huic cura pspicere ut parceretur ossibus suis
si iuxta eum iaceret cui sepulchrum nemo uigilaret. hunc affectum
martyres xpi certantes pueritate uicer. nec mirum. quia con dem ser-
quod non fuerant pacta morte sensuri. qui non potuer. eis quos uiuen-
tes sentiebant cruciatibus uinci poterat utique ds qui leone pphe-
tae corpus quod ipse occiderat ulterius non pmisit attingere
& fecit de peremptore custodem poterat in qua an suorum inter-
fecit corporibus canes quibus fuerant pietata phibere. poterat
& ipsa hominum innumera bilibus modis terrere se uita nec cada-
uera incendere nec in ^{auras} res disp gere auderent. sed hoc quoque
experimentu multiplex uari & vari temptationu de ee non debuit.
nec fortitudo confessionis quae in manitata psecutionis pcorporis sa-
lute non cederet & psepulchri honore trepidaret postremo. nisi
des resurrectionis consumptione corporu formidaret. debuerunt
ergo & ista pmitti. ut & iam post haec tanta horroris exempla martyres
in xpi confessione feruentes hui quoque testes fierent uerita-
tis. in qua didicerant eos a quibus sua corpora interficerentur
post ea nihil habere quod facerent. quo quic quid facerent mor-
tuis corporibus facerent. quando in carne omni uita carente
nec aliquid sentire possent qui in de migraret. nec aliquid inde-
plere qui creauit. sed inter haec quae fiebant de corporibus oc-
cisoru cum martyres non ea ^{ca mequentes} & uentes magna fortitudine paterent.
tam apud fratres luctus ingen serat quod nulla dabatur potes

tas scorum funeribus ista soluere: nec oculte subtrahere aliquid sicut
eadem testatur historia crudelium custodum uigiliae pmittent. ita
cum illos qui occisi fuerant in dilaceratione membrorum suorum in conflagratione
offum in dispersione uenerum miseria nulla contingeret & ista
men qui nihil eorum sepelire poterant magna misericordia cruciabat.
quia in nullo modo sentientibus; ipsi quodammodo sentiebant. & ubi iam illorum
nulla erat passio. erat iustorum misera compassio; secundum istam quam dixi
misera compassione Laudantur illi & a rege dauid benedicuntur qui saulis
& ionathae ossibus aridis sepulturae misericordia praestiterunt. quae tan
dem misericordia praestata nihil sentientibus. an forte reuocandum est
in opinione. quod infernum fluum in sepulchris non poterant transire.
absit hoc a fide christiana; alioquin pessime actum est cum tanta martyrum
multitudine. quorum non potuerunt corpora sepeliri. & fallaciter eis ue
ritas dixit. nolite timere eos qui corpus occidunt & post ea non habent
quid faciant. si eis tanta mala facere potuerunt quibus impendirentur
ad loca exoptata transire; sed qui a hoc sine ulla dubitatione falsissimum
est. nec aliquid obest fidelibus; negata eorum corporibus sepultura; nec aliquid
si exhibeatur infidelibus; praedestinat; cur ergo illi qui saulem & eius filium sepe
lier misericordia fecisse dicuntur & ex hoc a rege pio benedicuntur.
nisi quia bene afficiuntur corda miserantium. quando & adolentium mor
tuorum corporibus alienis quae illo affectu quonemo unquam carne
sua odio habet & nolunt fieri post mortem sua corporibus suis. & quod
sibi exhiberi uolunt quando sensuri non sunt. aliis non sentientibus
curant exhibere dum sentiunt. narrant uis aqua oedae quae huic dis
putationi non neglegenda uideantur inserere quaestione; ferunt
quippe mortui nonnulli in somnis & alio quocumque modo appa
ruisse uiuentibus. atque ubi eorum corpora iacerent inhumata nescien
tibus. locis que monstratis inuouisse ut sibi sepultura quae defue
rat preberet. haec si falsa esse responderim. contra quorum uerba scrip
ta fidelium & contra eorum sensus qui talia sibi accidisse confirmant
impudenter uenire uidebimur; sed respondendum est non ideo putan
dum esse mortuos ista sentire & petere. iudicantur in somnis & uiuen
tes apparent sepe uiuentibus dormientibus; dum se ipsi nesciant appa
rere. & ab eis haec qui somnia uerunt audiunt. dicentibus quod eos
in somnis uiderint agentes aliquid & loquentes; si ergo me potest

aliquis in somnis uidere sibi aliquid quod factum est indicantem tunc scia quod futurum est praenuntiantem cum id ego prorsus ignorem & omnino non curam non solum quod ille somni & sed utrum dormiente me uigilem an uigilante me dormiat an uno eodemque tempore uigilemus ambo siue dormiamus quando ille somnium uidit in quo me uidet & quid mirum si nescientes mortui nec ista sentientes tamen a uiuentibus uidentur in somnis. & aliquid dicunt quod euigilantes uerum esse cognoscant angelicas igitur operationibus fieri crediderim siue permittat deus siue iubet ut aliquid dicere de sepeliendis corporibus suis uideantur in somnis cum id poenitentis nesciant quorum illa sunt corpora id autem aliquando utiliter fit siue ad uiuorum quaecumque solatium ad quos pertinent illi mortui quorum apparent imagines somniantibus siue ut his ammonitionibus generi humano sepulturae commendetur humanitas quae licet defunctis non optulit culpanda tamen in religiose tate negligitur aliquando autem fallacibus uisus homines in magnos mittuntur errores quos talia prope uisus est uelut si quis quia uideat in somnis quod enas uidisse apud inferos poetica falsitate narratur. & tunc cuiuspiam non sepulta appareat imago loquat talia qualia fertur locutus illi fuisse Palinurus. & cum euigilauerit ibi corpus ei inueniat ubi acere inhumatum cum somnauerit & audiuit ammonitus & rogatus ut sepeliret inuentum. & quia id uerum esse comperit credat ideo mortuos sepeliri ut eorum animae ad loca transeant unde in sepultorum animas inferna prohibere lege somnauerit non ita credens plurimum a tramite ueritatis exorbitat. Die autem infirmitas humana sese habet ut ut quis mortuum in somnis quisque uiderit ipsius animam se uidere arbitretur. Cum autem uiuum similiter somnauerit non ei animam neque corpus sed hominis similitudine sibi apparuisse non dubitat. quasi non possint & mortuorum hominum eodem modo nescientium non animae sed similitudinis apparere dormientibus. pro certo cum mediolani eodem. audiui quod cum debitum repelleret a quodam defuncti patris cautione plata quod filio nesciente a patre iam fuerat persolutum. contristari homo grauissime coepit. atque mirari quod ei pater moriens non dixerit quod deberet. Cum fecisset scia testamentum tunc nimis anxio apparuit idem pater ei in somnis & ubi esset re

palidorus.

causam quo illa cautio uacata fuerat indicauit; Quo in uento iuuenis
adque monstrato non solum falsi debiti calumniam impulsauit sed & uia
paternam recepit cyrographum quod pater non receperat quando e
pecunia p soluta hic itaque putatur anima hominis curam gessisse
p filio & ad ad eum uenisse dormiente ut docens quod ignorabat mag
na molestia liberaret. Sed eodem ipso ferme tempore quo id au
diuimus id est nob apud mediolanum constitutis cartaginensibus & hor
eulogius qui meus in eadem arte discipulus fuit sicut mihi ipse
post ea qua in africa roma uim & uultu cum rethoricis ciceronis
libros discipulis suis traderet & recensens lectionem quam postero die
fuerat traditurus. quendam locum offensa obsecurum; quo non intel
lecta uix potuit dormire sollicitus; qua nocte somnians ego illi quod
non intellegebat exposui. immo non ego sed imago mea nesciente
me. & ita longe transmare aliquid aliud siue agente siue somni
ante. & nihil de illius curis omnino curante; quomodo fiant ista
nescio. sed quomodo libet fiant. cur non eodem modo fieri credimus. ut
in somnis quisque uideat mortuum. quomodo fit ut uideat & uiuum.
ambobus utique nescientibus neque curantibus. quis tibi t quando
eorum imagines somni & similia sunt aut somnus nonnulla & uia uisa
uigilantium quitur batos habent sensus. sicut frenetia ei t quocumque
furentes modo. nam & ipsi loquuntur secum quasi uere presentibus quorum
loquantur cum absentibus qua presentibus quorum imagines cer
nunt. si uiuorum siue mortuorum. sed que amodum hi qui uiuunt ab eis
se uideri & cum eis se conloqui nesciunt neque enim reuera ipsi adsunt
aut ipsi sermocinantur. Sed tur batis sensibus homines talia uisa ima
ginaria patiuntur. Comodo & hi qui ex hac uita migrar sic affectus
hominibus uidentur quasi presentes cum sint absentes. & utrum aliquis eos
imaginaliter uideat omnino nescientes. huius rei simile e & uia illud.
cum homines altius quam si dormir & subtrahunt corporis sensibus;
& his enim apparent imagines uiuorum atque mortuorum. sed cum fue
rint sensibus redditi. quoscumque mortuos uidisse se dixerint
uere cum eis fuisse creduntur & nec attendunt qui haec audiant
similiter ab eis absentium atque scientium quorum da & uia imagi
nes uisas ee uiuorum; homo quidam curia nomine municipi tull
ensis quod hipponi proximum e curialis pauper uix illius lociduum

uiraltrius & simpliciter rusticanus cum egrotarē ablatuſ a ſenſibus poenie
mortuus iacuit aliquot diebus; tenuiſſimus flatus in naribus. qui manu
admota ut eum que ſentiebatur. & erat exigua uiuentis indicium; ſepe
liri ut exanime non ſim ebat. nullos artus mouebat. nulla ſumebat ali
menta. nihil oculis nihil ullo alio ſenſu corporis qualibet impacta mo
leſtia ſentiebatur. uidebat tam multa uelut in ſomnis. quae tandem ali
quando poſt dies plurimos quaſi euigilans uifa narrauit. ac primum
mox ut apparuit oculos. erat aliquis inquit ad domū curmae fabri fer
rari & uidetur quid ibi agat. quo cū itū eēt. inuentus ē mortuus eomomito
quo iſte fuerat ſenſibus redditus & poenae amōte reuixerat. tunc in
tentis qui aderant. illū exhiberi iuſſū eēt quando ipſe dimiſſus ē indi
cauit. ſequē illie unde redi erat dixit audiſſe. quod non curma cū a
liſ ſede curma faber ferrarius ad loca illa mortuorum pceptus fuiſſet
ad cluā. in illis ergo uifiſ tamquā ſomnis ſuis inter eos defunctos quos
uidebat pmeritorū diuerſitate tractari. agnouit & ū illie non nul
los quos nouerat uiuos. ipſos autem mōre. forſitan credidiſſem. ſi non in
ter illa quaſi ſomma ſua uidiſſet & ū quosdā qui nunc uſque adhuc
uiuunt clericos uidelicet aliquis religionis ſuae. aquorū ibi p̄bitero
audiuit ut apud hipponē baptizatus. quod & factū eēt dicebat.
uidebat itaque in illa uifione p̄biterū clericos. me ipſum non dum
ſalutē mortuos. in qua poſtea uidit & mortuos. cur non & ū illos
ſicut nos uidiſſe credatur. utroſque ſalutē hāſſentes atque neſcien
tes. ac hoc non ipſos ſed ſimilitudines eorū. ſicut & ū locorum nā
& fundum uidit ubi erat ille cum clericis p̄biter. & hipponē m.
ubi amē quaſi baptizatus. in quibus locis p̄fecto non erat quando illie
ſibi eēt uidebatur. nā quid ibi ager & ur. eotempore neſciebat. quod
peul dubio ſerā ſi uere ibi eēt. uifa ſunt. igitur iſta. quae non preſtant
in ipſis reb; ut ſunt. ſed in quib; dam rerū imaginibus adumbrantur.
deinque poſt multa quae uidit & ū in paradifum ſe introductum
eēt narrauit. dicūmque ſibi eēt cum inde dimittet & ur. redditurus
ad ſuos. uade baptizare ſiquis eēt in iſto loco beatorū. Deinde ut amē
baptizatus amonitus. iam factū eēt reſpondit. curioſus ille qui
cum eo loquebat. uade inquit. uere baptizare. nām illud in uifione
uidiſti. poſt iſta conualuit. porrexit hipponē. paſcha iā p̄p̄inqua
bat. cleebit nom̄ inter alios competentes pariter cum plurimis in cog

nitus nobis. nec illā mihi uisionē tē cui quā nrōrū indicare curauit. bapti-
zatus ē. pactis diebus seis remeauit ad ppria. biennio tamplius transacto
ego haec cuncta cognoui. primo p quendam meū ei q. amicu in conuiuio meo
cū quaedā talia loqueremur. deinde in fira ac feci ut haec mihi presens
narraret. attestantibus honestis ciuibus suis & demirabili ei egritudine
ut iacuerat poenae mortuus p dies plurimos. & de illo alio curma. fabro
ferrario quod cōmōraui superius. & de his omnibus. quae cū mihi diceret
& uā se tunc ab illo audisse recolebant atq; firmabat. quā obrem sicut ui-
dit baptismū suum & me ipsum & hipponē & basilicā & baptisterium
non in rebus ipsis sed in quibusdā similitudinib; rerū. ita & alios quosdā
uiuos eisdem nescientibus uiuis. cur non ergo ita & illos mortuos eisdē
nescientibus mortuis. cur non istas operationes angelicas credim; p dis-
pensationē prouidentiae bene utentis & bonis & malis secundū in scrutabi-
le altitudine iudiciorū suorū. siue instruantur hinc mentes mortalium
siue falluntur. siue consolentur. siue terreatur. sicut unicuique tē p bēda
misericordia tē in roganda uindicta. ab illo cui misericordia & iudiciū
non inaniter cantat ecclesia. ut uel & accipiat quisque quod dicit. siro-
bus uiuentium inter cent animas mortuorū. & ipse nos quando eos
uidemus alloquerentur in somnis. ut de aliis taceam me ipsum pia mater
nulla ratione desereret. quae terra marique secuta ē ut meū uiue-
ret. absit enī ut facta sit uita felicioe crudelis. usque adeo ut quando
aliquid agit cor meū nec triste filium consolatur. quē dilexit unice-
que numquā uoluit me stum uidere. sed pfecto quod facer' psalmus p-
sonat uerum ē. quō pater meus & mater mea dereliquer' me
dn̄s assumpsit me. si ergo dereliquer' nos parentes nr̄i. quomodo
nr̄is curis & rebus intersunt. si autē parentes inter nō sunt. quis sunt
alimortuorū qui nouerint quid agamus quid ue patiamur. isaia
ppheta dicit. tu es enī pater nr̄ quia abraham nesciuit nos. & isrl̄
non cognouit nos. sitanti patriarehae quid erga populū ex eis perta-
tum ager' & ur' ignorauer' quibus dō credentib; populus ipse de illa
furpe pmissus ē. quomodo mortui uiuorū rebus atque actib; cognos-
cendis adiuuandisque miscentur. quomodo dicim; eis eē consultum
qui obier' ante quā uenirent mala quae illorū obitum consecuta sunt.
si & post mortem sentiunt quaecumque in uitae humanae cala-
mitate contingunt. an forte nos errando ista dicimus. & eos pu-

69
tamus qui & os quos in quietam uiuorum uita sollicitat. quid est ergo quod pius
simo regi iosiae p magno beneficio pmisit ds quod eet ante mortuus.
ne uideret mala quae uentura illi loco & populo minabatur. quae di uerba
ista sunt. Haec dicit dñs ds israhel, uerba mea quae audisti & uertus es
a facie mea cum audisti quae locutus sum de loco isto & qui comorantur
in eo. ut deseratur & in maledicto sit. & confidisti ues timentia ^{tua} mea.
& fleuisti in conspectu meo & ego audiui dixit ds sabaoth. non sic ecce ego
apponam te ad patres tuos & apponeris cum pace. & non uidebunt oculi tui
omnia mala quae ego induco in locum hunc & qui comorantur in eo. territus
iste di cominationibus fleuerat & sua uestimenta considerat & fit
omnium malorum futurorum desperatur a morte securus quod ita re quie
turus eet in pace ut illa omnia non uideret. ubi ergo sunt sps defunctorum.
ubi non uident quaecumque aguntur aut eueniant in ista uita hominum quo
modo ergo uident tumulos suos aut corpora sua utrum abiecta iaceant
an sepulta. quomodo inter sunt miseria uiuorum. cum t sua ipsi mala
patiantur. si talia merita contraxerunt. t in pace requiescant sicut huic
iosuae pmisum est. ubi mala ulla non patiendo nec compatiendo sustine
ant. liberati ab omnibus malis quae patiendo & compatiendo cum huic ui
uerent sustinebant. dixerit aliquis. si nulla est mortuis cura de ^{uiuis} quomo
do ille diues quia apud inferos torquebatur rogabat abraham patrem ut
mitteret lazarus ad quinque fratres suos nondum mortuos & agat cum
eis ne uentura & ipsi in eundem tormentorum locum sed numquid quia
hoc ille diues dixit ideo quid fratres agerent t quid paterentur
illo tempore sciuit. ita illi cura fuit de uiuis quamuis quid agerent
omnino nescit & quae a modum est nob cura de mortuis quamuis quid
agant utique nesciamus. na si nihil de mortuis curaremus. non utique
pro illis de supplicare. inquit abraham nec lazarus misit. & mor
sen ac pph & as hic eos habere respondit. quos audire deberent ut ad
illa supplicia non uenirent. ubi rursus occurrit quomodo quid hic
ager & abraham pater ipse nesciebat ubi sciebat esse morisen & pph
tas id est libros eorum. quibus homines oboediendo tormenta infer
na uitarent. ubi denique nouerat diuites illum in deliciis. pauperes
uero lazarus in laboribus doloribusque uixisse. na & hoc illi ait. memento
fili quia pcepisti bona in uita tua. lazarus aut mala sciebat er
go haec quae utique apud uiuos non apud mortuos gesta fuerant

uerum non eum agerent in uiuis. sed eis mortuis potuit lazarus indicante
cognoscere. ne falsum sit quod ait pph & a. abraham nesciunt nos. pinde
facendum est nescire quidem mortuos quid hi agatur. sed dum hic agit.
postea uero audire ab eis qui hinc adeos moriendo pergunt. non quidem
omnia sed quae finuntur indicare. quae finuntur & iam ita meminis-
se & quae illos quibus haec indicant oportet audire. possunt & aban-
gelis qui rebus quae aguntur hic praesto sunt audire aliquid mortui
quod unum quemque illorum audire debere iudicat cui cuncta sub-
iecta sunt. nisi enim essent angeli qui possunt inter esse & uiuorum & mor-
tuorum locis non dixisset dominus ihesus contingit autem mori in opem illum & lau-
ferre ab angelis in sinu abrahae. nunc ergo hic nunc ibi esse potuerunt.
qui hinc illuc quae de uoluntate abstulerunt. possunt & iam spiritus mortuorum
aliqua quae hic aguntur quos necessarium est ea nosse & quos necessari-
um non est ea non nosse non solum praesentia & praeterita uerum & iam
futura spiritus dei reuelante cognoscere. sicut non homines sed prophete
tate dum hic uiuerent cognoscebant. nec ipsi omnia sed quae illis esse
reuelanda dei prouidentia audiebant. mita quoque ad uiuos aliquis ex
mortuis sicut e contrario paulus ex uiuis in paradysum raptus est diuina
scriptura testatur. nam samuhel pph & a defunctus uiuo regis sauli
& iam futura praedixit. quamuis nonnulli non ipsum fuisse qui
potuisset & magicis artibus euocari sed aliquo spiritu tam malis operibus
congruente illius existiment similitudine figurasse. cum liber
ecclesiasticus quae ihesus sirac scripsisse testatur & propter eloqui non
nullam similitudine salomonis pronuntiat continet in laudem pa-
trum quod samuhel & mortuus pph & a uerit. sed si huic libro ex
ebrycorum quia in eo non est canone contra dicitur quid de moysi
dicturi sumus. qui certe & inde uteronomio mortuus & in euange-
lio cum elia qui mortuus non est legitur apparuisse uiuentibus. hinc
& illa soluitur quaestio. quoniam modo martyres ipsis beneficiis quae
dantur orantibus indicant se inter esse rebus humanis. si nesciunt
mortui quid agant uiui non enim solis beneficiorum effectibus uerum
ipsis & iam hominum aspectibus confessorem apparuisse felicem
cuius in quibusdam pie diligis cum a barbaris uola opugnare & au-
diuimus non incertis rumoribus sed testibus certis uerum ista diuinitus
exhibentur longe aliter quae se habet usitatus ordo singulis crea-

turarū generibus adtributus. non enim quia in unū aqua cum uoluit dñs
 repente conuersa ē. ideo non debemus quid aqua ualeat in elementorū
 ordine pprio ab istius diuini operis raritate t potius singularitate dis
 cernere. nec quō Lazarus resurrexit ideo mortuus omnis quando uult ^{surgit.}
 surgit aut eo modo exanimis uiuente quomodo uiigiliante dormi
 ens excitatur. alii sunt humanarum limites rerum. alia diuinarū signa
 uirtutum. alia sunt quae naturaliter alia quae mirabiliter fiunt. quā
 uis & naturae dñs adsit & miraculis natura non desit. non igitur ideo pu
 tandū ē uiuorū rebus quos libet inter eē defunctos quō quib; dñs sanan
 dis t adiuuandis martyres adsunt. sed ideo potius intellegendū ē quod
 p diuinā potentā martyres uiuorū rebus inter sunt. quō defuncta p na
 turā ppriā uiuorū rebus inter sunt. quāquā ista quae scio uires intelle
 gentiae meae uincat. quē ammodū opitulentur martyres his quos p
 eos certum ē adiuuari. utrum ipsi p se ipsos assint uno tempore tam
 diuersis locis & tanta inter se longinquitate discretis. siue ubi sunt
 eorū memoriae. siue preter suas memorias ubicumque ad eē sen
 tiuntur. an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalū conuer
 satione semotis. & tamen generaliter orantibus p indigentia suppli
 cantum. sicut nos oramus p mortuis quib; utique non presentamur nec
 ubi sint t quid agant scimus. dñs omnipotens qui ē ubique presens nec
 concludus nob nec remotus a nobis exaudiens martyrum preces p an
 gelicam ministeria usque quaq; diffusa prebeat hominib; ista sola
 tiā quibus in huius uitae miseria iudicat eē prebenda. & suorum
 martyrum merita ubi uult quando uult quomodo uult maximē
 quae p eorū memorias quō hoc nouit expedire nobis ad edificandā
 fidem xpi p cuius illi confessione sunt passi mirabilia. quae inef
 fabili potestate ac bonitate cōmendat. res ē haec altior quā ut ame
 possit attingi & abtrusior quā ut ame ualeat pseruari. & ideo quid
 horum duorū sit an uero fortassis utrumque sit aliquando ista fi
 ant p ipsā presentia martyrum aliquando p angelos suscipientes p
 sonā martyrum definire non audeo. mallem abscentib; ista pquirere
 neque em nemo ē qui haec sciat. non quis ibi seire uideatur. & nesciat
 dona enī dñi sunt his alia sunt & illis alia largientis. secundum apos
 tolu qui dicit unicuique dari manifestationē sps ad utilitatē. alii in
 quit datur p spm sermo sapientiae alii sermo scientiae secundum

eundem spm. alteri aut fides in eode spū. alii donatio curationū in uno
spū. alii operationes uirtutum. alii pphētia. alii di iudicatio spūum. alii
genera linguarum. alii interpretatio linguarū. omnia aut haec operat
unus atq. idem sps diuidens ppria cuique put uult. horū omnium spiri
taliū donorū quae cōmemorauit apostolus cui cum que data ē di
iudicatio spūum. ipse scit ista sicut scienda sunt. talem fuisse cre
dendum ē illū iohannem monachum quē de belluiculis euentu maior
theodosius consuluit imperator. habeat quippe & pphētia. neque
enī singulos singula munerū istorū sed & iam plura unū habere pos
se non ambigo. iohannes ergo iste cuidā mulieri religiosissime impa
tenter eum uidere cupienti atq. ut hoc impetrarēt p̄maritum suū
uolēmenter instanti. cum ille nollēt quō id numquā p̄miserat femini.
uade inquit die uxori tuae. uidebit me nocte p̄xima sed in somnis. &
factū ē. monuitque illā quicquid fidelem coniungatā moneri oport
tebat. quae cum euigilasset. talē se uidisse hominē di uiro suo qua
lem ille eum nouerat & quid ab illo au dierit indicauit. qui hoc
ab eis comperit retulit mihi uir grauissimus & nobilis & dignissimus.
credi sed si illum sem̄ monachum ipse uidissem quia sicut fertur pacien
tissime interrogabatur & sapientissime respondebat quae sisse
ab eo quod ad istā p̄tinēt quae stione. utrum ipse ad illā femina uen
nisset in somnis id est sps ei ineffigie corporis nr̄i somnians an
ipso aliud agente t̄ sidor miebatur aliud somnante. siue quocumque
aliomodo in mulieris somno talis facta sit uisio. atq. id futurū ut ipse
p̄mitteret pphētia spū reuelante p̄seuerit. si enī ipse inter
fuit somnanti mirabili gratia utique id potuit non natura. & di
munere non ppria facultate. si aut ipso aliud agente siue dor
miente & uis alius occupato cum mulier uidit in somnis. p̄fecto tale
aliquid factū ē quale illud ē quod in apostolorū actibus legitur ubi
dñs ihs loquitur ananiae de saulo & indicauit ei quod saulus uide
ad se uementē ananiā. cum hoc ananias ipse nesciret. quodlibet ho
rū mihi ipse respo^{ndet} & ille homo di & martirib; ab illo p̄gerem
querere utrum ipsi assint in somnis t̄ quocumque aliomodo uiden
tib; eos in qua figura uoluerint. & maxime quando ab eis se tor
queti daemones in hominib; confitent. & rogant eos ut parant
sibi an ista fiant di nutu p̄ angelicas potestates in honore cōmen

71
dationemque scōrū ad utilitatem hominū illis insūma qui & de positus. &
ad alia longe meliora uisa uacantibus seorsum anob orantib; q; p nobis;
nā mediolani apud scōs p rasiū & gerbasium martires expresso nomi
ne sicut defunctorum quos eodē modo cōmemorabant ad huc uiuum
demonēs & rēscopum confitebantur ambrosiū atq; ut sibi parcerēt
obsecrabant illo aliud agente. atque hoc cum ager & ur omnino nes
ciente; an uero aliquando p ipsā praesentiā martirum fiant ista ali
quando p angelorum & uerū possint t quibus signis possunt anobis
duo ista discerni. an sentire ac diiudicare non ualeat. nisi qui habet
aliud donū p di spm̄ diuidentem p p rā unicuique put uult; differe
rēt mihi ut arbitror ille iohannes haec om̄a sicut uellem. ut aut eodē
cente discerem & ea quae audirem uera & certa eē cognoscere quae
nescire. illo dicente quae uera sunt. quod si mihi forsitan de scā scrip
tura responderet ac diceret atior a te ne quiescis & fortiora
te ne seruitus fueris sed quae tibi preceperat dñs illa cogita semp̄
id & uā gratanter acopere. non enī paruus ē fructus si aliqua obscura
& incerta quae comprehendere non ualemus clarū saltem certūq;
sit nob non eē querendū quod unus quisque uult discere putans
p dēt si fiat. discere non ob eē si nesciat; quae cum ita sint. non existi
memus ad mortuos p quibus cura gerimus puenire nisi quod p eis siue
siue altarū siue orationū siue elemosinarum sacrificiis sollempniter
supplicam; quā uis non p quib; fiunt omnib; p sint. sed eis tantū quib;
dū uiuunt comparatur ut p sint; sed quia non discerimus qui sint;
oportet ea p rogētis omnib; facere. ut nullus eorū p ceter mittat
ad quos haec beneficia possint & debeant puenire; melius enī sup
erunt ista eis quib; nec obsunt nec p sunt. quā eis de er quibus p s;
diligentius tamen facit haec quisque p necessariis meis qd p illo
fiat similiter a suis. corpore aut humano quicquid impenditur
non ē presidium salutis sed humanitatis officium. secundum affec
tū quonemo unquā carnē suā odī habet; ando oportet ut quam
potest p carne p ximi curā gerat. cum ille inde recesserit qui ge
rebat; & si haec qui carnis resurrectionē non credunt. quanto magis
debent facere qui credunt. ut corpore mortuo sed tam resurrectione
& in aeternitate mansuro impensū ei modi officium sit & uā quo
dā modo eiusdem fidei testimoniu. quod uero quisque apud memo

rius martyrum sepelitur hoc tantum mihi uidetur p̄des defuncto ut eo
mendans eum & iam martyrum p̄rocinio affectus p̄ illo supplicationis
augetur; habes ad ea que ea ^{ante} epistola te quaerenda qualem redde
re potui responsione mea; quae si ultra quam satis est p̄lyta est. da uenia; id
enim factum est amore diutius loquendū tecum. Hunc ergo librum quem
modum accepert uenerabilis dilectio tua rescriptis tuis nouerim. que
tibi p̄lator ei facta & sine dubio gratiore. fr̄ salice & conpresbiter n̄r
candidianus. que p̄tias litteras cognitū toto corde suscepi. inuitus que
dimisi. multum enim nos in caritate xpi sua presentia consolatus est.
& quod fatendum est ei infantia tibi paruina cor meum tanta disten
dunt. ut nisi ipso assidue comonente non sineret obliuisci p̄fecto inter
rogationi tue mea responsio defuisset. **AME** **EPISCOPI**
EXPLICIT LIBER S. AUGUSTINI ABBATISSIMI PAULINI
INCIPIT S. AUGUSTINI DE INMORTALITATE ANIMAE

Si alicubi est disciplina. necesse ^{potest} non enim nisi in eo quod uiuit. potest & semp
est. neque quicquam in quo quid semp est potest esse non semp. potest esse non
semp semp uiuit in quo est disciplina. Si nos sumus qui rationamur
id est animus n̄r nec recte rationari sine disciplina potest nec sine
disciplina esse animus nisi in quo disciplina non est potest esse in hominibus
animo disciplina; est autem alicubi disciplina; nam est & quicquid est nusquam
esse non potest; item disciplina non potest esse nisi in eo quod uiuit; nihil
enim quod non uiuit aliquid discit. necesse in eo quod nihil discit disci
plina potest; ita semp est disciplina; nam quod est atque immutabile est. semp
fit necesse est; esse autem disciplina nemo negat; & quisquis facitur fieri
non posse ut ducta p̄ medium circulum linea non sit omniū quae non
p̄ medium ducuntur maxima idque esse alicuius discipline. immutabile
disciplina esse non negat; item nihil in quo quid semp est patitur sibi
subtrahi aliquando id in quo semp est. iam uero cum rationamur animus
id agit ^{ipso} nisi qui intellegit nec corpus intellegit nec animus auxi
liante corpore intellegit. quia cum intellegere uult a corpore auxi
titur; quod enim intellegit eiusmodi est semp nihil quod corporis eius
modi est semp non igitur potest adiuuare animū ad intellectū
nitentis. cui non impedire satis est; item nemo sine disciplina
recte rationatur; est recta rationatio acertis definitio rationis ad
incertorum indagationem nitens cogitatio. nihil que certū est in ani

mo quo dignoratur omne aut quod scit animus in sese habet. nec ullam rem
 scientia complectitur nisi quae ad aliquam pertineat disciplinam. est enim dis-
 ciplina quarumque rerum scientia. semper igitur humanus animus uiuit
 ratio perfectio aut animus est aut in animo. melior autem ratio nostra quam cor-
 pus nostrum. & corpus nostrum non nulla substantia est. & melius est esse substantiam
 quam nihil. non est igitur ratio nihil. rursum quaecumque armonia corpo-
 ris est. in subiecto corpore sit necesse est inseparabiliter. nec aliud quicquam
 in illa armonia esse credatur. quod non eque necessario sit in subiec-
 to illo corpore in quo ipsa armonia est non minus inseparabiliter. muta-
 bile est aut corpus humanum. & inmutabilis ratio. mutabile est enim omne
 quod semper eodem modo non est. & semper eodem modo est duo & quattuor. sex
 res semper eodem modo est. quod quattuor habent duo & duo. hoc aut non ha-
 bent duo. duo igitur quattuor non sunt. est aut ista ratio. inmutabilis igitur
 ratio est. nullomodo aut potest mutari subiecto id quod in eo est inseparabi-
 liter non mutari. non est igitur armonia corporis animus. nec mors po-
 test accidere inmutabilibus rebus. semper ergo humanus animus uiuit.
 siue ipse ratio siue in eo ratio sit inseparabiliter. quaedam constantia
 uirtus est. & omnis constantia inmutabilis est. & omnis uirtus potest
 aliquid agere. nec cum agit aliquid uirtus non est. omnis porro actio
 mouetur aut mouetur. aut igitur non omne quod mouetur aut cer-
 tae certe non omne quod mouetur mutabile est. at omne quod ad aliam
 mouetur nec mouetur ipsum aliquid. mortale est. neque mortale quicquam in-
 mutabile. quare de cetero iam & sine ulla disiunctione concluditur non omne
 quod mouetur mutari. nullus aut motus sine substantia. & omnis substan-
 tia aut uiuit aut non uiuit. atque omne quod non uiuit exanimatum est. nec
 est ulla exanimata actio. illud igitur quod ita mouetur ut non mouetur.
 non potest esse nisi uiua substantia. haec aut omni quoslibet gradus cor-
 pus mouetur. non igitur omne quod corpus mouetur mutabile est. corpus aut
 non nisi secundum tempus mouetur. ad hoc enim potest tardius & ce-
 lerius moueri. conficitur esse quiddam. quod tempore moueat nec ta-
 men mouetur. omne aut quod tempore mouetur corpus tam & si ad unum
 finem tendat. tam nec simul poterit omnia facere. nec potest non plura
 facere. neque enim ualeat quauis ope agatur aut perfecte unum esse quod in
 partem secari potest. aut ullum esse sine partibus corpus. aut sine mora.

rum interuallo tempus. aut uero t breuissima syllaba nunti & uer. cui
nontunc sine audis cum ia non audis in itiu. porro quod sic agit. expecta
tione opus e ut pagi & memoria aut comprehendi queat quantum potest.
expectatio futuraru rerum e. preteritaru uero memoria. ac intentio ad
adagendum presentis e temporis. p quod futurum in preteritum transit. Nec
coepti motus corporis expectari finis potest sine ulla memoria. quomo
do enim expectatur ut desinat. quod aut coepisse excedit aut omnino mo
tum ee. rursus intentio pagendi quae presentis e. sine expectatione fi
nis qui futurus e non potest ee. nec e quicquam quod aut nondum e aut & ia
non e. potest igitur in agendo quiddam ee quod ad ea quae non sunt p
tineat. possunt simul in agente plura ee. cum ea plura quae aguntur si
mul ee non possint. possunt ergo & ia in mouente. cum in eo quod mouet
non possint. atque tumque in tempore simul ee non possunt. & tamen
a futuro in preteritum transmittunt. mutabilia sunt necesse e. hinc ia
colligimus posse ee quiddam. quodcum mouet & mutabilia non mutatur.
mouentis intentio pducendi ad finem quae uollet corpus quod mouet. illudq
corpus de quo aliquid fit eodem motu pmonita mutatur. atq; illa inten
tio pficiendi qua inmutata manere manifestum e ipsa membra artifi
cis & lignu aut lapidem artificia subiectum moueat quis dubitet & conse
quens ee quod dictu e. non igitur si qua mutatio corporu mouente animo
fit. quauis in ea sit intentus hinc eum necesseario mutari & ob hoc & ia
mori arbitrandum e. potest enim in hac intentione simul & memoria pre
teritoru & expectatione futuroru habere. quae oma sine uita ee non
possunt. quamquam & si nullus in corpore sine mutatione fit & nulla mu
tatio sine motu. Non tamen omnis mutatio in corpore omnisque mo
tus mutatione operatur. licet enim ipsum corpus nrm & motum plerumq
qualibet actione & mutatu certe t aetate dicere. tamen nondum inter
isse. id est non ee sine uita. licet igitur & animu non continuo puta
re priuari uita quaquae ei fortasse p motu mutatio non nulla contin
gat. Si enim manet aliquid inmutabile in animo quod sine uita ee
non possit. animo & ia uita sempiterna maneat necesse e. na hoc pr
sus ita se habet. ut si primu e fit secundum. e aut primu. quis enim ut a
lice obmittat aut ratione numeroru mutabilem ee audeat dicere.
aut arte quamlibet non ista ratione constare. aut arte non ee in a

tificet & iam cum ea non excedat. aut eam esse nisi in animo. aut ubi uita
 non sit esse posse. aut quod in mutabile est aliquando esse non posse. aut aliud
 esse artem aliud rationem. quamuis enim ars una multarum quasi quidam coetus
 rationum esse dicatur. tamen ars & iam unaratio dici uerissime atque intelle-
 gi potest. sed siue hoc siue illud sit non minus in mutabilem artem esse con-
 ficitur. artem autem non solum esse in animo artificis sed & iam nunquam esse
 nisi in animo manifestum est. idque inseparabiliter. nam si ars ab animo separa-
 bitur. aut erit praeterquam in animo. aut nusquam erit. aut de animo in a-
 nimum continuo transibit. ac ut sedes arti nulla sine uita est. ita nec uita
 cum ratione ulli nisi animae. nusquam porro esse quod est. et quod in mutabile
 est non esse aliquando qui potest. si uero ars de animo in animum transit. in il-
 lo mansura deserens istum. nemo artem docet nisi amittendo. aut & iam
 docentis obliuione fit aliquis peritus siue morte. quae si absurdissima
 & falsissima sunt sicut sunt. in mortalis est animus humanus. ac enim si ars
 aliquando est aliquando non est in animo quod obliuione atque imperitiam
 satis notum est. nihil ad eius mortalitatem affert argumenti huius connexioni
 negatur. ante cedens hoc modo. aut est aliquid in animo quod in presenti co-
 gitatione non est. aut non est in eructo animo ars musica cum desola geome-
 trica cogitat. hoc autem falsum est. illud igitur uerum. non autem qui equam
 se habere animus sentiat. nisi quod in cogitatione uenerit. potest igitur
 aliquid esse in animo. quod esse in se animus ipse non sentiat. id autem quamdiu
 sit. nihil inter est. namque si diutius fuerit in alio animo occupatus quam
 ut intentione sua in ante cogitata facile possit reflectere. obliuio et impe-
 ritia nominatur. sed cum sit nos ipsi nobiscum ratiocinantes. et ab alio bene
 interrogati de quibusdam liberalibus artibus ea quae inuenimus non alibi
 quam in animo nostro inuenimus neque idem inuenire quod facere aut gignere.
 alioquin aeterna gigneret animus in uentione temporali. nam aeter-
 na sepe inuenit. quidem tam aeternum quam circuli ratio est siquid aliud in
 huiusmodi artibus nec non fuisse aliquando nec non fore comprehen-
 ditur. manifestum est & iam in mortalem esse animum humanum. & omnes sue-
 ras rationes in se & is est esse. quamuis eas siue ignoracione siue obliuione
 aut non habere aut amississe uideatur. nunc quatenus accipiendi sit
 animus mutatio uideamus. Si enim subiectum est animus arte in subiecto existen-
 te. neque subiectum in mutari potest. quin id quod in subiecto est in mutare

tur qui possumus obtinere inmutabilem esse arte atque ratione. si mutabi-
lis animus in quo illa sunt esse conuincitur. quae autem maior quam in contraria
solus esse mutatio. & quis negat animam ut omittat cetera fultum alias alias
uero esse sapientem prius ergo quod modis accipiatur animae quae dicitur
mutatio uideamus qui ut opinor manifestiores dum taxat clarioresque
nobis duo sunt genere spectat uero plures inueniuntur namque aut secundum
corporis passiones aut secundum suas animas dicitur immutari. secun-
dum corporis ut per accitum per morbos per dolores labores offensiones pro-
luptates secundum suas aut ut cupiendo laetando metuendo atrescen-
do studendo discendo. haec omnes mutationes si non necessario argumto
sunt ^{finant} mori animam nihil quidem in eluendae sunt per se ipsas separatim
sed generationi nostrae aduersentur quae dicitur esse mutatio subiecto omne quod
in subiecto est necessario mutari uidentur esse sed non aduersantur. nam illud se-
cundum hanc mutationem subiecti dicitur per quam omnino mutare cogitur
nomen. nam si ex albo cera nigrum colorem ducat alicunde non minus ce-
ra est. & si ex quadrata rotunda forma sumat & ex molli dure scat rigescat
ex calida. at ista in subiecto subiecto sunt. & cera subiectum manet autem cera
non magis minusue cera cum illa mutentur. potest igitur aliqua mutatio fie-
ri eorum quae in subiecto sunt. cum ipsum tamen iuxta id quod hoc est ac dicitur
non mutatur. at si eorum quae in subiecto sunt tanta commutatio fiet & ut
illud quod sub esse dicebatur dici iam omnino non possit ueluti cum calore
ignis cera in auras discedit eamque mutationem patitur ut recte intellegat
mutatum esse subiectum quod cera erat & cera iam non est. nullomodo aliqua ra-
tione quaequam eorum quae in illo subiecto ideo erant quia hoc erat reman-
ere putatur. quae obrem si anima subiectum est ut supra diximus in quo ratio
inseparabiliter ea necessitate quoque quae in subiecto esse monstrantur
nec nisi uiua anima potest esse sine uita & immortalis. ratio immortalis est
anima. prorsus enim nullo peccato non existente subiecto suo inmutabilis
ratio manet & quod euenit & si tanta acciderit animae mutatio. ut ea
non anima faceret id est mori cogeret. nulla autem illarum mutationum quae
sive per corpus sive per ipsam in anima fiunt quamuis utrum aliquae per ipsam
fiant id est quarum ipsa sit causa non parua sit quae suo id agit. ut anima
non animam faciat. iam igitur non solum per seuerum nec nostris rationibus for-
midandae sunt. ergo in eam bendum omnibus rationandi uiribus uideo.

ut ratio quid sit & quotiens definiri possit sciatur. ut secundum omnes modos
 & de animae immortalitate confect. ratio est aspectus animi. quo ipse ipsum
 non per corpus uerum intuetur. aut ipsa ueri contemplatio non per corpus. aut
 ipsum uerum quod contemplatur. Primum illud in animo esse nemo ambigit.
 de secundo & tertio magna quaestio est. utrum uerum illud quod sine instru-
 mento corporis animus intuetur sit nec ipse ipsum & non sit in animo
 aut non possit esse sine animo. quo quolibet modo autem se habeat non
 id possit contemplari animus ipse ipsum. nisi aliqua coniunctione cum eo.
 Nam omne quod contemplatur siue cogitatione t cognitione capiatur.
 sed ea quae sensu capiuntur extra & a nos esse sentiuntur & locis continentur.
 unde ne capi quidem posse affirmantur. ea uero quae intelleguntur non
 quasi alibi posita intelleguntur quia ipse qui intellegit animus. simul
 enim & a intelleguntur non contineri loco. quare ista coniunctio intuen-
 tis animi & ei ueri quod intuetur. aut ita est ut subiectus sit animus. uerum
 aut illud in subiecto. aut contra subiectum. uerum & in subiecto animus. aut
 utraq substantia. horum aut trium si primum est. tam est immortalis animus
 quam ratio secundum superiorem disputationem. quod in ea illa nisi uiuo non po-
 test. eadem necessitas in secundum est. Nam si uerum illud quod ratio dicitur
 nihil habet commutabile sic apparere. nihil commutari potest quod in eo
 tamquam in subiecto est. remanet igitur omnis pugna de tertio. Nam si animus
 substantia est & substantia rationi coniungitur. non absurde quis puta-
 uerit fieri posse. ut manente illa hic esse designat. sed manifestum est
 quam diu animus a ratione non separatur. etq. coheret. necessario eum
 manere atq. uiuere. separari autem qua tandem ui potest. num corporea.
 cui & potentia infirmior & origo inferior ordo separatio. nullomo-
 do. animali ergo. sed & a id quomodo. an alter animus potentior quis
 quis est contemplari rationem non potest. nisi alterum inde separauerit. at
 neque ratio. cui contemplanti defuerit si omnes contemplant. & cum nihil
 sit ipsa ratione potentius quo nihil est incommutabilius. nullo pacto erit
 animus non dum rationi coniunctus potentior. restat ut aut ipsa ratio
 a se ipsa separaret. aut ipse animus a ea uoluntate separaretur. sed nihil
 est in illa natura in uidentiae. quominus fruendum se animus prebeat.
 deinde quod magis est. eo qui equid sibi coniungitur facit ut sit. cui rei
 contrarius est interitus uoluntate aut animum separari a ratione non

nimis absurdum de quo dicitur & si illa ab invicem separatio possit esse rerum
quas non continent locus. quod quidem dici aduersus omnia superiora
potest. quibus alias contradictiones opposuimus. quid ergo iam ne
concludendum est animum esse immortalem. An & si separari non
potest extingui potest. At si illa rationis uis ipsa sua conuictione
afficit animum neque enim non afficere potest. ita profecto afficit
ut ei esse tribuat. est enim maxime ipsa ratio. ubi summa & iam incomuta-
bilitas intellegitur. Ita quaecumque esse afficit. cogit esse quodam
modo. non ergo extingui animus potest. nisi a ratione separatus.
separari autem non potest. ut supra rationati sumus. non potest igitur in-
terire. ut enim auersio ipsa a ratione per quam stultitia contingit animo.
sine defectu ei fieri non potest. si enim magis est ad rationem conuersus
ei quae inherens. in eo quod inheret incomutabili rei quod est ueritas
quae & maxime & primitus est. cum ab ea est auersus id ipsum esse minus
habet quod est deficere. omnis autem defectus tendit ad nihilum & in-
teritum. nullum magis proprie oportet accipi. quam cum id quod aliquid e-
rat nihil fit. quare tendere ad nihilum est ad interitum tendere.
qui cur non cadit in animum uix est dicere. in quo defectus cadit. dicit
hic cetera. sed negat esse consequens interire id quod tendit ad ni-
hilum. id est ad nihilum peruenire quod in corpore quoque animus aduer-
ti potest. nam quo quodlibet corpus pars est mundi sensibilis. & ideo
quanto magis est locus quae plus occupat. tanto propinquat uniuerso. quanto
que id tanto magis est. magis enim est totum quam pars. quare & iam minus
fit cum minuitur. necesse est. defectum ergo patitur cum minuitur. porro aut
minuitur. cum ex eo aliquid praecisione detrahatur. ex quo conficitur
ut tali detractio tendat ad nihilum. at nulla praecisio perducit ad ni-
hilum. omnis enim pars quae remanet corpus est. & quicquid hoc est quan-
to libet spatio locum occupat. neque id possit nisi habere & partes in
quas idem cedere & cur potest igitur infinite minui. & ideo defectum
patitur atque ad nihilum tendere. quia uis peruenire numquam quae. quod
item de ipso spatio & quolibet interuallo dici atque intellegi potest.
nam & de his & iam terminatis dimidia uerbi gratia partem detra-
hendo & ex eo quod restat semper dimidia uerbi gratia parte detra-
hendo minuit interuallum atque ad finem perducitur. ad quem tamen

nullo puenitur modo. quominus hoc de animo formidandum e. e enim
 pfecto corpore melior & limacior. a quo huic uita tribuitur. quod si non
 id quod in specie facti corpus ee. quae sententia in uiciorum ratione
 approbatur. tanto enim magis e corpus quanto speciosius e. atq. pul
 crius. tantoque minus e quanto foedius ac deformius. quae defectio
 non p. sione molis de qua ia satis uictu e sed speciei priuatione con
 tingit. quaerendum debet diligenter ac discutendum e. ne quis affir
 m& animu tali defectu interire. ut quo speciali qua sua priuatur
 dum factus e credatur intantū augeri posse hanc priuatio^{ne} ut omni
 modo specie spoli & animum. & ea labe ad nihilum redigat cogatque
 interire. quam obrem si potuerim imp&rare ut ostendat ne corpo
 ri quidem hoc posse accidere. ut & iam ea specie priu&ur qua cor
 pus e. iure fortasse optinebimus multo min. auferri posse animo
 quo animus e. si quidem nemo sibi bene inspexit quin omni corpori
 qualemb& animum preponendum ee fateat. sic igit nrae ratio
 nationis exordium. quod nullares se facit aut gignit. alioquin erat an
 te qua eet. quod si falsum e. illud e uerū. utem quod factū ortum ue non e
 & tamen e. sempiternū sit necesse e. qua natura & excellentia quis
 quis dat ulli corpori. uehementer errat. quidem. sed quid pugnamus.
 multo enim magis ea dare animo cogimur. ita si corpus nullum e sem
 piter nū nullus animus non sempiternus e. quo quilib& corpori pre
 ferendus e. & omnia sempiterna non sempiternis. ac si quod uere dicit
 factū e corpus aliquo faciente factū e. nec eo inferiore neque eni eet
 potens addandū ei quod faceret & quicquid illud e quod e id quod fa
 ciebat. sed ne pari quidem oportet eni facientem melius aliquid
 habere ad faciendum. qua e id quod facit. nā de gignente non absur
 de dicit hoc eum ee quod e illud quod ab eo gignit. uniuersum igit
 corpus ab aliqua ui & natura potentiore atq. meliore factū e. non
 utique corporea. nā si corpus a corpore factū e. non potuit uniuers
 ū fieri. uerissimus e eni quod in^{ex}ordio rationationis hui posuimus.
 nulla rem a se posse fieri. haec aut uis & natura in corpore effectrix
 corporis uniuersi presente potentia ten& uniuersum. non eni
 fecit atque discessit effectū deseruit. ea quippe substantia qua
 corpus non e neq. ut ita dicit localiter mou&ur. ut ab ea substantia

